# DE ROBORE BELLICO

## DIVTVRNIS ET AMPLIS CATHOLICORVM REGNIS

*LIBER VNVS.*

ADVERSVS MACCHIAVELLVM.

AVCTORE
*THOMA BOZIO EVGVBINO*
*Presbytero Congregationis Oratorij.*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

*ROMAE,*
*Ex Typographia Bartholomæi Bonfadini. M. D. XCIII.*
SVPERIORVM PERMISSV.

# DE ROBORE BELLICO DIVTVRNIS ET AMPLIS CATHOLICORVM REGNIS

*LIBER VNVS.*

ADVERSVS MACCHIAVELLVM.

AVCTORE

*THOMA BOZIO EVGVBINO*

*Presbytero Congregationis Oratorij.*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

*ROMAE,*

*Ex Typographia Bartholomæi Bonfadini. M. D. XCIII.*

SVPERIORVM PERMISSV.

# SANCTISSIMO
## AC BEATISSIMO
## PATRI ET D. N.
# CLEMENTI VIII.
## PONT. MAX.

*THOMAS BOZIVS*
*Presbyter Congregationis Oratorij*
*ſempiternam fælicitatem.*

INter alia multa, quæ Macchiauellus dixit aduerſus Chriſtianam religionem, Pontifices Maximos, ac denique aduerſus omnium Virtutum genuina officia, ſolidamque veritatem, ſunt hæc, quæ ſuſcepimus hoc libro confutanda.

A Chriſtiana religione fieri homines ignauos, & imbelles. Hortatur namque ad honores humanos, & opes deſpiciendas; vetat iniurias vindicari; ait præſtare, vt vnam maxillam percutien-

cutienti alteram præbeamus; pallium rapienti, tunicam donemus.

Infantibus Chriſtianorum non eſſe imponenda nomina noſtrorum ſanctorum, quòd hi fuerint inertes ad prelia, inſcij rerum militarium: reuocanda ad vſum nomina Herculis, Theſei, Achillis, Diomedis, Hectoris, Æneæ, Pyrrhi, Alexandri, Annibalis, Cæſaris, Syllæ, Marij, Pompei, vel huiuſmodi antiquorum; qui fortitudine bellica præſtiterunt.

Olim milites maximè ſolitos animari, & corroborari ad hoſtes proſternendos, interimendos, quod antequam pugna iniretur, multa pecora ijs videntibus immolarentur, ac Dijs ſacrificarentur: ex ijs fiebat, vt delectarentur effuſione ſanguinis, inuitarentur ad edendas hoſtium ſtrages, veluti pecorum, & armentorum.

Sed quando hæc dixiſſe, videbat eſſe nimis inuidioſum, nimis execrabile Chriſtianis, adiecìt, horum cauſam non eſſe legem Chriſtianam, ſed eorum, qui interpretati ſunt illam, ac manſuetudinis cuiuſdam leges præſcripſerunt, indicans, vt apparet è multis, Pontifices Romanos, in eos culpam, ſi qua eſſet, omnem deriuans, & auertens.

Quocirca addidit; Militum forti ductori videndum, ne ſinat ſibi elabi è manibus occaſiones præclaras acquirendi, quod cupit; neque exhorreſcat facinora quæuis admittere. ſic enim ſubijcit, Ioannes Paulus Baleonus ſiuit effugere ſibi è manibus opportunitatem pulcherrimã, cum Iulius Secundus Peruſiam ſe contulit cum Cardinalibus inermis, abſque vllo ferè præſidio: nam poterat ille occidere omnes, ac ſuas res mirabiliter promouere, ditionesque ſibi magnas comparare.

Hæc qualia ſint nemo non cognoſcit. ſpeciatim vero quàm ſint impia, damnoſa, ac veritati contraria cum nemo videretur Innocentio Nono ſatis bene adhuc oſtendiſſe, placuit illi, vt ego id oneris ſubirem. res erat maximi momenti ex ſeipſa; maximè vero, quod Macchiauelli ſcripta teruntur manibus hæreticorum, vel aliorum plerumque ſimilium. rem totam perfeci. ſed quando ille migrauit è vita; ac BEATITVDO TVA aſſumpta eſt ad Apoſtolicum thronum, deferri ad te hæc omnia debebant; quod in eis agatur de dignitate ſacroſanctæ Sedis, de cuius iuſſu quidquid eſt hoc operis abſolui, & elaboraui. Reliqua porrò ab illo ſcriptis prodita, & non minori impietate in vulgus emiſſa alijs per nos libris confutantur, quæ ſimiliter S.T. dabuntur. Deus autem, quem ſpectamus, per tuas manus, in qui-

bus cælorum claues poſuit, diuinis nos benedictionibus repleat; atque ex illis in Eccleſiam ſuam, genusq́ue omne humanum fælicitatis totius abundantiam largiſſimam deducat.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO CARDINALI

# PETRO ALDOBRANDINO

## THOMAS BOZIVS

*SI quis affirmaret à Principibus, qui regnant, non eſſe multi facienda tormenta ignea, quibus ad propugnacula conquaſſanda, ac deijcienda, ad maximas hominum ſtrages faciendas, ad arcendos hoſtes vtuntur exercituum Duces; adijceret præterea, non eſſe cur ij nummos admodum curarent, non eſſe in illis multum ponendum; neque his contentus aſſeueraret non ſatis ad rem facere, multas equitum copias habere in prælijs conſerendis; ac denique concluderet à Regibus eſſe negligendas Vrbiumq́, atque arcium mu-*

*munitiones; homo iſte, credo, qui quatuor hæc diceret, exſibilaretur, ac ſtultiſsimi apud omnes loco foret. Atqui iſta ipſa Macchiauellus literis mandauit; & tamen eius ſcripta ſunt in oculis ſemper, ac manibus hæreticorum, vel aliorum plerumq; huiuſmodi hominum. quid ita? num quia Cerberis iſtis ad oſtia Tartarea excubantibus obiecit.*

Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam, *aditum aperiens illis patentiſsimum, quo breue aliquod in terris lucrum comparent, ſed mox omnium iacturam facientes ad inferos præterea præcipitentur? An quia ſtylo vtitur ſpiſſo, & ſæpe acuto, qui relinquat animis infixa ſpicula humanæ, Deoq; inimicæ ſapientiæ veneno imbuta, quibus ſit quidã ſuffuſus nitor extrinſecus pelliciens oculos? quæ tamẽ omnia ad extremum regnis, ac principatibus afferant vltimam perniciem, quod tum libro hoc, tum ſequentibus argumento ſimili, qui ſub prælo ſunt, aperietur. Inter alia ſanè, vt minus ſuperiora miremur, eſt auſus aſſerere à Chriſtiana religione fieri homines ignauos, & inertes ad prælia. quod eſſe falſiſsimum*

*clariſ-*

*clariſsimis euentis, & omni teſtimoniorum genere nunc explicabitur. Ita vt, ſi quid hac in re peccetur, nõ ſit culpa vel religionis Chriſtianæ, vel Romani Pontificis, ſed eorum, qui præſunt; ac neque ſemetipſos, neque ſubiectos populos ad arma exercent.*

*Cum verò hæc, ſint primitiæ noſtri agelli, quẽ ſeuimus* CLEMENTE OCTAVO *ſedente, merito à nobis erãt offerẽdæ nepoti illius, ſacratiſsimoq; Proceri, qui maximè Dei, cui primitiæ debentur omnes, locum tenet. idq; eò magis, quod à teneris annis inſignem pietatem cum litteris coniunxeris; ac multa nobis humanitatis duæ dederis experimenta; maioremq; omnium Virtutum quotidie ſpem facias amantibus Diuini honoris, tuæq; Amplitudinis incrementa. ad quorum maximũ culmen, vt precamur, te cum Patruo Sanctiſſimo Deus euehat; vobisq; diu viuentibus ad omnia feliciſsimè aſpiret.*

AR-

# ARGVMENTA CAPITVM TOTIVS OPERIS.

Prohemium.

MVltis probatur eſſe fortioris ſuſtinere, quam aggredi. idcirco iure fieri pluris iniuriarum patientes, quàm vltores ab Eccleſia catholica. milites non efferos, ſed manſuetos eſſe debere. ex proprietatibus leonis iuxta Ariſtotelem deſcribitur miles catholicus contra Macchiauellum. in prohemio.

Cap I.

Clariſsimè oſtenditur à Pontifice Romano ſtudium diſciplinæ militaris omnium maximè inter Chriſtiano inductum, ac ſtabilitum. pag. 1

Cap. II.

Curanda in primis diuina, ac virtutes animi, deinde ars militaris, quæ ſine illis eſt nulla, falſumq́. eſt Romanos ob ſacrificia fuiſſe fortes in bello. 5

Cap. III.

Oſtenditur catholicos longè omnium fortiſsimos in bellis, quod cū pauciſsimis ſuorum maiores hoſtium ſtrages ediderint, quam quicumque à nobis alieni. 10

Cap. IV.

Catholici domuerunt plurimas nationes, quas nulla vmquam gens vel bellicoſiſsima ex omni tempore potuerat edomare, ex quo fit ca-



fit catholicos longè omnium fortiſsimos dicendos. 17

Cap. V.

Ex amplitudine regnorum, quæ noſtri ſibi armis acquiſiuerunt colligitur nos omnium fortiſsimos extitiſſe. 24

Cap VI.

Cum noſtri maxima imperia diutius conſeruarint, armisq́. tutati ſint, hinc fit noſtros omnium fortiſsimos exiſtimando eſſe. 33

Cap. VII.

E collatione antiquorum Ducum, Regumq́. in bellis clarorum cum noſtris colligitur noſtros fortiores. 84

Cap. VIII.

E comparatione bellorum cum Perſis geſtorum à Romanis, & à catholicis, è bellicis machinis, tormentisque, & è fœminis militaribus apparet noſtros Romanis, & omnibus in bello fortiores. 54

Cap. IX.

Soluuntur obiecta quædam Macchiauelli quantum ad paupertatem, & nomina Sanctorum, & contra ipſum retorquentur. 60

Cap. X.

Soluitur obiectum Macchiauelli, quo contendit imbelles homines fieri quod Chriſtiana lex iniurias vlciſci vetet, & contra ipſum retorquetur. 69

Cap. XI.

Neceſſe oſtenditur remittere iniurias, & contemnere ad amorem conciliandum, tuendumq́. inter commilitones, quo nihil magis auget pugnātium vires, quæ diuinitus maximè augentur, cum quis ob bonum publicum ſe ſe ijs deuouet. 74

Cap. XII.

Per crucem, quæ ſingularem nobis patientiam deſignat, & quam nos ſecuturos profitemur exemplo Chriſti in tolerandis iniurijs maximas victorias partas. 80

Cap. XIII.

Catholici ſuperant cunctos in amando Deo, & ſuis; ob id omnium fortiſ-

*fortiſsimi, amor enim pugnaciſsimos homines facit. cumque ob illum cuncta appetant, & oppugnent, maximè appetent, & oppugnabunt, atque vbi opus eſt, ad nihilum redigent, cum nihil potentius Deo, Deiq. amore.* 84

Cap. XIV,

*Omnium gentium regna inſigniora conciderunt ob luxum, qui milites effœminauit, atque ex hoc concluditur milites catholicos omnium fortiſsimos, quod catholica religio maximè omnium reuocet à luxu, idemq. concluditur è fidei præſtatione, & ope ſuperorum.* 91

Cap. XV.

*Catholici ſunt omnium fortiſsimi, quod remotiſsima regna, ac regiones longiſsimè diſsitas, non modo acquiſiuerint; ſed etiam diu tutati ſint, ac tutentur; & quidem contra fortiſsimas gentes. ſimiliter haud ſunt propeſsi in ſuas terra, quamdiu permanſere in fide catholica, tam frequentes irruptiones barbarorum. denique non niſi cum multo maioribus copijs, ſi quando vinci accidit, ſunt profligati.* 96

DE RO-

# DE ROBORE BELLICO DIVTVRNIS, ET AMPLIS CATHOLICORVM REGNIS ADVERSVS MACCHIAVELLVM.

## AD LECTOREM

### Operis Prohemium.

*Multis probatur eſſe fortioris ſuſtinere quàm aggredi. idcirco iure fieri pluris iniuriarum patientes, quam vltores ab Eccleſia Catholica. milites non efferos, ſed manſuetos eſſe debere. è proprietatibus Leonis iuxta Ariſtotelem deſcribitur miles Catholicus contra Macchiauellum.*

C

FORTITVDINIS duæ dicuntur eſſe partes ſuſtinere, & aggredi: Ac prima quidem timorem, ſecũda moderatur audaciã, præſcribuntq. ambæ mediocritatem, ne ſcilicet plus minuſve audeamus, aut timeamus, quam decet; ac nequa iſtarum perturbationũ nos abducat ab officio virtutum. Statueruntq. nõ modo Theologi ſummi è noſtris, ſed etiam Philoſophorũ præſtan-
D
tiſsimi primam partem longè eſſe nobiliorem ſecunda. Nã fortitudinis excellentia potiſsimum verſatur in exantlandis duris quibuſlibet. At nihil æquè durũ, quàm perpeti aliquod acerbum, nam quò magis fuerit acerbum, eò magis conabitur auellere nos à ſemita virtutis; ac proinde ab ea nõ recedere laudabilius erit iudicãdũ. Rurſus qui ſuſtinet aliquid doloris, diutius, atq; immobilius perſiſtit in præſtãdo virtutis officio, quàm qui audacter fertur in obſtantia. Hic enim mouetur, ac repellit illud, in quo exercet vim ſuam, & ad nihilum redigere conatur.

S.Tho.2.2.q.123.art.6. Ariſ.eth.lib.3.c.6.10.11.

*Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit;*

*Vt pelagi rupes magno veniente fragore,* A
*Quæ ſe ſe multis circum latrantibus vndis,*
*Mole tenet: ſcopuli nequidquam & ſpumea circum*
*Saxa fremunt; lateriq. illiſa refunditur alga.*

Quin is qui ſuffert aliquid atrox, videtur maximè prœliari,
ſimilemq́. eſſe ijs, qui intra cancellos ſingulari certamine ſunt
dimicaturi, aut qui conſeruerint iam manus, vt pes hæreat pe-
di. At qui adoritur hoſtes, ſi conferatur cum ſuperiore, iacula
è longinquo emittit, lata camporum ſpatia quærit. quibus igi-
tur ſimiles ſunt patientes, & cum rebus aſperis decertantes? B

*Sunt, veluti ingenti Sila, ſummoue Taburno*
*Cum duo conuerſis inimica in prœlia tauri*
*Cornibus incurrunt, pauidi ceſſere Magiſtri.*
*Stat pecus omne metu mutum; muſſantq́. iuuencæ;*
*Quis pecori imperitet, quem tota armenta ſequantur.*
*Illi inter ſe ſe multa vi vulnera miſcent,*
*Cornuaq́. obnixi infigunt; & ſanguine largo*
*Colla, armosq́. lauant, gemitu nemus omne remugit.* C

Enimuero adhuc mihi potius videtur, qui patitur aliquid
grauius, cum ſemetipſo certare, prouidere, ne ſuccumbat ani-
mus, ne ſe victum fateatur, ne det manus dolori, ac tormentis.
penitus enim, niſi virtus ſit præſto, illabitur pauor, inſidet ve-
nis, inhęret præcordijs, totos quodammodo nos in ſe transfert;
atque vnos ſecum facit. ſolus ſui iuris eſt animus, qui cum per-
turbationibus intimis, cum ſenſibus intimis confligit. an non
igitur huic conueniet illud?

*Fortior eſt, qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit* D
*Moenia. nec virtus altius ire poteſt?*

Quo circa ſicut à radice arbor exoritur, & ab intima eius
medulla cõſeruatur, vel ſicut ab animæ noſtræ bono ſtatu eſt vi-
ta corporis, ſanitas, robur; ſic à recta penetralium noſtrę men-
tis diſciplina, in quę timor recedit, & in quibus occulit ſe ſe, at-
que immiſcet, eſt omnium reliquorum, quæ nos circumſiſtunt,
moderatio. Atque ita prima pars fortitudinis, noſmetipſos cũ
nobis bene diſponit, vt cuncta ſint inter ſe apta: Secundæ mu-
nus eſt, nos inſtruere aduerſus alios. At niſi rectè ſint noſtra in-
ter ſe compoſita, nihil aduerſus alios valebunt. atque hoc eſt,





A quod Philoſophus ille aiebat, timorem facere, vt homines con- Ariſt. Rhet.
ſilijs inſiſtant; audaciã verò efficere, vt abiecto conſilio, neq; au- 2.c.5. eth.3.
dito præuolent; ſalus autẽ, ſapiens inquit, eſt vbi multa cõſilia. cap.7.
Accedit ad hæc, quod obijcitur fortitudini ſemper arduum S. Tho.1.2.
quoddam malum ſuperandum, quocirca prius illi proponitur q.44.ar.2.q.
arduum, malum, ac per ſe ineſt, vt ſit malumq́ue, & arduũ ſimul, 45.art.4.
q̃ vt ſuperetur, atq; ita illud difficile non audaciam, ſed timorẽ
parit; quẽ propterea cohibere, maioris eſt virtutis: eſt enim pri- Richar.lib.
mus hoſtis in primis agminibus collocatus, ac præſens eſt. Au- 3.diſtin.33.
dacia verò per aliud, quod abeſt, aduenit, per ſpem ſcilicet, qua arl.5.
B confidimus difficultatẽ ſuperandam. Nobilius porro eſt, quod
per ſe, quàm ſi quid per aliud ſit, quo circa veluti dictum fortiſ-
ſimi viri adfertur illud.

*Eſt hic, eſt animus lucis contemptor, & iſtum*
*Qui vita bene credat emi, quò tendis, honorem.*

Quod ait primo loco ſe lucem contemnere, pertinet ad mo-
derationem timoris: ex qua ſequitur ſecũdo, vt tendat bene ad
propoſitos honores. non bene alioquin ſecũdũ, niſi bene primũ.
Ad tolerantiam præterea habendam nulla re, quæ ſit extra
C nos, egemus; ad opera audacię ſecus plerumque eſt. ſemper de-
nique minori motu, ac breuiori via peruenimus ad patiẽtiam,
triſtiumq́. perpeſsionem tranquillam, quàm ſiue illorum depul-
ſionem, ſiue interitum.
Ex his apparet meritò ab Eccleſia Catholica magis hono-
rari, qui in ſtadio martyrij vitam ponunt, quàm qui in bello: ac
pluris æſtimari, qui patienter iniurias ferunt, quàm qui furen-
ter vlciſcuntur, aut repellunt. Cum tamen hæc rite facta non
improbet Eccleſia, ſed laudet: verum ſicut ad illa nos hortatur,
ac ſpe præmiorum cæleſtium, diuinæq. voluntatis gratificatio-
D ne impellit, & quantũ decet, concitat; ſic ad hæc nos admittit,
atque vbi opus eſt, vbi exigit ratio, volentes inuitat. Quod ſi
nonnulli martyribus præferunt bellatores, manſuetis impatiẽ-
tes, vel martyrum ſplendorem, vel patientum lucem ferre iſti
non queunt; quod oculi, ſcilicet infirmi luminum tantorum ra-
dijs perſtringantur.

*Vrit enim fulgore ſuo, qui prægrauat artes*
*Infra ſe poſitas.*

Sed ſi è qualibet domo, vicinia, ciuitate, regione, è toto orbe
patientes exterminarentur, quid eſſet hominibus? aut potius

A vbi eſſent homines? ſi ad omne factum dictum, ad omnem geſtum,vel omiſsionem, quæ nobis eſſet inſuauis, indignaremur, vltionem machinaremur, aggrederemur, atq; ad exitum perducere contenderemus, num ſublata patientia ſupereſſet homo in Orbe vllus?

Quin Eccleſia vult idcirco maximè manſuetos homines, vt ſint omnium maximè bellicoſi. Audiamus Ariſtotelem, niſi velimus Eccleſiæ noſtræ auſcultare; qui ſic Politicorum lib. 8. cap.4. Vt iam ſæpius diximus,inquit ille,neque ad vnam virtutem, neque ad exercitationes corporum, maximè reſpiciendũ eſt ab eo, qui curam gerit inſtitutionis; quod ſi ad hanc reſpiciet, B non maximè conſequetur, quod volet. neque enim vel in alijs animalibus,vel in alijs gentibus videmus adeſſe fortitudinẽ valde efferatis, ſed potius manſuetioribus, & leoninis moribus. multæq. ſunt gentes, quæ ad cędes hominum, comeſtionemq. proſilient,quales circa pontum Achæi,& Heniochi,& è mediterranis aliæ gentes his ſimilia, vel maiora patrabunt; quæ quidem clanculum per inſidias latrocinantur, ad bellica tamen opera nihil valent: Ac ſcimus, Lacones, dum ipſi ſoli exercebantur præſtitiſſe cæteris, nunc autem eſſe alijs inferiores; neque enim præſtabant ob id, quod exercebant iuuentutem, C ſed quod ipſi exercitati contra non exercitatos pugnabant. Itaque honeſtus, non autem ferus in prœlio eſt præferendus; neque enim lupus, vel alia beſtia pugnando ſubiret honeſtum periculum,ſed magis vir bonus. Hæc ille eleganter oſtendens prius, ac magis exercendos ad manſuetudinem,& honeſtatem adoleſcentes; quàm ad bella,& certamen. ſic enim concludit fore bellicoſiores, & conuenientiſsimè inquit, fortitudinem adeſſe manſuetioribus, nempè aſcitam patientiæ ſtudijs in intimos animi receſſus, vt diſſeruimus. Nam qui ſunt impatientes, vbi vulnus, plagamue acceperint, tranſuerſi aguntur, D excęcati furore quodam mentis, neque ordinem vel ducis, vel rationis ſequuntur, exemplo indomiti tauri, quẽ ſolet Aquila è patentibus campis adigere paulatim in rupes præruptas, in quibus cũ fuerit,inſidẽs illa capiti alas ante oculos explicat,lucẽq. obtentu illarũ pręripit,eodẽq. tẽpore roſtro ferit,ille verſus in rabiẽ,cornuaq. demittens,atq; in aduerſam procurrens, Vt excutiat ac feriat, voluitur præceps in caput ad ſubiectas valles. Aquila vero in altum ſeſe attollens, vbi præcipitatum, diſcerptumque illum videt, ad cibum deſcendit. eodem modo milites,quibus animus non conſtat ad illatas plagas, ictusque indi-



A inflictos, inconſiderati feruntur in ruinas. Sed videamus adhuc,quid ſit in cauſa,quòd Ariſtoteles dixit eos fore bellicoſiores,qui non modo fuerint manſuetiores, ſed etiam leoninis moribus.Leo numquam rapitur ad vllius animalis cædem, niſi extrema famis neceſsitate adactus. qui mos pugnatoribus erit, cum non procedent in aciem, niſi iuris neceſsitate cogente cõpellãtur.indicauit illud poſt Ariſtotelem de leonis natura ſcribentem latinus Poeta.

*Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans*
*(Suadet enim veſana fames) ſi forte fugacem*
B *Conſpexit capream,aut ſurgentem in cornua ceruum*
*Gaudet hians immane, comasque arrexit, & hæret,*
*Viſceribus ſuper accumbens*

Veſana igitur fame ſuadetur leo, qua nihil maius beſtiæ contingit.ſed viro honeſtum, ſic enim loquitur Ariſtoteles, virtutisque officium loco famis erit. Huius erit illi eſuries. Hìc animi cibus.Eadem vero,Homerus Iliados 3.

Rurſus idem leo,ſi telis petatur, veluti iniuriis homines peti ſolent,nunquam ſe mouet, niſi vbi ſenſerit ſe grauiter vulne- C ratũ,tũ demũ fert ſe aduerſus hoſtes. expreſsit hoc idẽ Latinꝰ:

*—— Pœnorum qualis in Aruis*
*Saucius ille graui venantum vulnere pectus*
*Tum demum mouet arma leo, gaudetque comantes*
*Excutiens ceruice toros; fixumq; latronis*
*Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.*

Qua leonis grauitate & conſtantia monemur, deſpiciendas iniurias,niſi grauioribus prouocati frangere illas velimus, veluti tela infixa, & experiri iudicio, ne nimis amplus iniurioſis D aditus aperiatur, ac ne nimiũ creſcat audacia ipſorum, ad eas inferendas, ac ceteros lædẽdos.illud præterea de leonibus vnanimes cuncti ſcribunt,illos numq̃ dimicare inter ſe.nam quædã belluæ pugnant, vt tauri aduerſus tauros, equi aduerſus equos. ita vt commilitonibus hoc ſit maxime tenendum, inter ſe ne vnquam modo vllo prælientur. iam vero tanta eſt generoſitas in leone,tantumque tutelæ inculpatæ moderamen, vt eum qui tela ſolum miſerit,ſed ipſum non vulnerauerit, arripiat ille quidem,concutiat,raptet,ac ſternat,non vulneret; quando neque ipſe ab illo eſt vulneratus, percuſſorem, qui inflixit plagam,ſolum petit,mira illũ præ cunctis obſeruatione dignoſcens.quod ſi quis

ſi quis in morem ſupplicis ſe proſternit, ac miſericordiam ro- A
gat, veniam conſequitur, illæſus relinquitur, quin ſi ſæuierit, ille in viros ſæuiet, non in fœminas, aut infantes. Hos præterit, intactos relinquit. Hinc Claudianus.

*——proſtrataque more leonum*
*Deſpicies. alacres ardent cum ſternere tauros*
*Tranſiliunt prædas humiles.*

Amplius ſi videat, ſibi non eſſe pugnam parem; cognoſcatq; fieri non poſſe, vt vincat hoſtilem manum, non irruit in aduerſos; neque tamen rapidè fugit, ſed paulatim ſe ſubducens, ma- B
turis gradibus ſæpe reſpectans retro cædit.

*——Ceu ſæuum turba leonem*
*Cum telis premit infenſis; atterritus ille*
*Aſper acerba tuens retro redit & neque terga*
*Ira dare, aut virtus patitur; nec tendere contra;*

En igitur, vt belliſsimo exemplo Ariſtoteles explicarit contra Macchiauellum mãſuetiſsimos eſſe debere iniuriarum contemptores, ſupplicibus, atque imbellibus parcentes, inculpatæ tutelæ moderamen ſeruantes, aperta pericula vitantes, qui ſint C
futuri pugnaciſsimi bellatores. alioquin efferos futuros, non bellicoſos & victores.

Ad ſummam quicumque vituperant iniuriarum tolerantiã, rem laudabiliſsimam vituperant, quod in fine fuſius aperietur, quin caput ipſum fortitudinis obtruncant, radices arboris, vt diximus, incidunt: ita vt miles vltionis auidus, impatiens illatæ ignominiæ, non manſuetus, ac mitis, ſit inſtar illius, qui inſidet equo indomito, neque frænis parere aſſueto, qui ad omne certamen ita eſt ineptus, vt neque equitis, neque peditis vllum præſtare vſum poſsit, ac funderetur ſine dubio D
quicumque exercitus ex huiuſmodi pugnatoribus conſtaret, quos ira, quaſi contumax equus tranſuerſos trahit.

*—— qui non moderabitur iræ*
*Infectum volet eſſe furor quod ſuaſerit, & mens:*
*Dum pœnas animo per vim feſtinat inulto.*
*Ira furor breuis eſt: hunc tu compeſce cathena.*
*Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter*
*Ire viam, quam monſtrat eques.*

Videtur autem mihi Macchiauellus, cum ſcribit humanarũ

rernm



A rerum deſpicientiam, tolerantiamque iniuriarum fortitudini obeſſe, non aliud conari, niſi quod Pyrrhus Epyrotarum Rex, cum C. Fabricio Romano eſt conatus. quod cuiuſmodi ſit, non aliis verbis, quàm Plutarchi commemorabo. Inter alios legatos ad Pyrrhum miſſos C. Fabricius fuit, cuius Cyneas retulerat maximam apud Romanos haberi mentionem, vt viri boni quidem, belloque egregij, ceterùm valde pauperis. Huic itaque Rex ſeorſum blanditur, atque vt pecuniam à ſe caperet, ſuadebat, non ob aliquam turpem cauſam, ſed ob amicitiæ, hoſpitalitatiſque indicium. Renuente autem Fabricio tunc quidem
B deſtitit: poſtridie verò ipſum terrere volens iuſsit dum ſimul loquerẽtur maximum elephantum poſt aulæa iuxta ſe conſtitui, ac deinde ſubito aulæis ſublatis elephas ex improuiſo conſpectus proboſcidem ſuper caput Fabricij extulit, ac vocem terribilem aſperamq. emiſit, at Fabricius tranquille conuerſus leniterq. arridens inquit, neque heri aurum, neque hodie me beſtia permouit. Hæc cum Fabricio Pyrrhus.

Haud aliter Macchiauellus; cum Chriſtiana lex dicat, victum, & quibus tegamur habentes, his contenti ſimus, ait hoc officere robori bellico, quòd pecuniarum promiſsione, ac ſpe
C in primis augeri ſolet; & quaſi alter Pyrrhus nos expugnare pecuniis conatur. verum ſi nummis creſcit vis militaris, cur adeo fortis Fabricius, cæterique tum viuentes Romani? Pugnator excellens iſta haud curat, non ponit in huiuſmodi fortitudinem ſuam, contentus eſt exiguo, quantum ſit ſatis ad victũ, neque vero diſsimiles hac in re cæteri Romani erant. hinc Horatius:

*Priuatus illis cenſus erat breuis*
& rurſus:
D *Gratus inſigni referam camena*
*Fabriciumque.*
*Hunc & incomptis Curium capillis,*
*Vtilem bello tulit & Camillum*
*Sæua paupertas, & auitus apto*
*Cum lare fundus.*

Afferebamus ſupra ex Ariſtotele, militem debere eſſe moribus leoninis. At leoni & hic mos ineſſe dicitur, vt ſimulatq; comederit quod ſatis fuerit ad expellẽdam famem, reliquum largiatur aliis; atque id circo à ſcriptoribus vocatur liberalis.

Non

Non igitur eſt aſſuefaciendus miles ad amorem pecuniarũ colligendarumue opum, quod vult iſte noſter, longè ſecus eſt agendum nobis. ad huiuſmodi omnia reſpuenda eſt aſſuefaciendus, ita vt acquieſcat ei, quod ſufficit ad vitam in dies tuendam, corpusque, & armandum, & veſtiendum. ſi quid ſupereſt commilitonibus egenis id diſtribuatur. Ac rectè Menander. A

*Σρατεία δ' οὐ φέρι περιυσίαν οὐδ' εμίαν*
*Εφήμερον δὲ καὶ προτετῆ βίον.*
*Militia non fert vllam opulentiam,*
*Sed vitam, qua viuitur in diem, ac fortuitam.* B

Ad hæc perueniri non poteſt? perueniamus, quò datur. tantum ne ſuccendamus æſtu auaritiæ militum corda. Imitemur Fabricium, Pyrrhi argentum & aurum reſpuamus. ſed quid poſtea noſter hic agit exemplo Pyrrhi? adduxit ex occulto animalia vaſtiſsima, quæ ſuper capita noſtra inclament inſtar elephanti illius priſca illa ſua nomina Achillis, Diomedis, Æneæ, Herculis; his Vrbes, domus, agroſq. omnium Chriſtianorum perſonare vult, ad incutiendum terrorem inimicis, animos dãdos agnominatis. Quid hic agendum cum Fabricio? tranquille conuerſi, leniterq. arridentes dicemus, ſi milites eſſe velimus C
ijs ſimiles, de quibus eſt dictum.

*Moribus antiquis res ſtat Romana, virisque.*

Neque nummi tui, neque beſtiæ tuæ nos permouebunt. Non omittendum quando ita ferre argumentum videtur. leonem de ſententia ipſius Ariſtotelis non eſſe ſuſpicioſum, neque dolos vllos texere, ſed veluti amãtẽ veritatis, ac magnanimũ, neque limis aſpicere quemquam. verum bonus hic homo ſuũ, quem deſcribit Principem, ſimulationibus, ac dolis vult eſſe vndiq. circumtectum, neque vllã fidei, promiſsionum, iuſtitiæ, re- D
ligionisue habere rationem, cum poteſt aliquid lucrari, ita vt hac etiã parte nos belluis flagitioſiores efficere contendat. ſed quibus [illegible] iles volet? an ſerpentibus peſtilẽtiſsimis, viperis ipſis? a[illegible]rſus has itaque nunc ſcriptis hiſce non eſt aliud nobis faciendum, quàm quod Virgilius docet.

*Sæpe ſub immotis præſepibus, aut mala tactu*
*Vipera delituit: cælumq. exterrita fugit:*
*Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & vmbræ,*
*Peſtis acerba boum, pecoriq. aſpergere virus*

Fouit



A *Fouit humum: cape ſaxa manu; cape robora Paſtor;*
*Tollentemq. minas, & ſibila, colla tumentem*
*Deijce: namque fuga timidum caput abdidit alte.*
*Cum medij nexus, extremæq. agmina caudæ*
*Soluuntur: tardoſq. trahit ſinus vltimus orbes:*

Ex omnibus igitur, his, quæ hucuſque diximus conſtat; iure ab Eccleſia Catholica manſuetudinem, patientiamq. tanti factam, pluriſq. eſſe ſuſtinere moleſta, quàm inuadere contraria, atque illud haberi animi longè fortioris. Martyreſq. longè
B præſtantiſsimo loco eſſe: milites multo inferiori. Ad bellicoſum pertinere, exemplo leonis eſſe iniuriarum deſpicientem, qui ſeruet inculpatæ tutelæ moderamen, ſit cõtentus eo, quod ſatis eſt in diem, nõ commoueatur vllo modo aduerſus cõmilitones ſuos, fraudes nullas nectat, neq; aduerſus illos tẽdat, quos videt eſſe numero, ac viribus omnino ſuperiores. Atque hæc ſummatim dicta ſint inſtar prohemij nobis ad ſequẽtia. Videdũ nunc an à Põtificibus Romanis, ſit vllus militari fortitudini locus datus; cuius eſt pars maximè ſecũda, de qua locuti ſumus.

C *Clariſsimè oſtenditur à Pontifice Romano ſtudium diſciplinæ militaris omnium maximè inter Chriſtianos inductum, ac ſtabilitum. Cap. I.*

TRIA ſunt ſine quibus imperia magna, ac Reſp. vel diu ſtare, vel incrementa magna ſumere in bonum nullo modo poſſunt, vitæ ſanctitudo, diſciplinarũ liberaliũ ſtudia, tractatio rerum bel-
D licarum. Ac primum quidẽ Deo conciliat humanum genus, & ex hominibus cælites facit. Secundum nos à belluis diſtinguit. Tertium tranquillitatem ad potiunda licitè terrena, ſuperioraq. expeditius percipienda, quaſi feras irruentes, ac bona, quæ diximus, interturbantes abigat, nobis parit. Atque ita hon in primis corpora tuetur; illo animus humanus excolitur; ſupremo mens ipſa, vt diuinitati adglutinetur, expolita euehitur ad ſummum, terra cælo inſeritur, cælum terræ infer-

A tur,

tur, atque adducitur. Cum verò Chriſtiana Reſp. latiſsimè A ſemper ex omnibus gentibus conflata, ac toto Orbe diſperſa in omnes mundi partes pertinuerit, ac poſt ætatem Conſtantini imperia inter mortales potentiſsima continuerit, neceſſe eſt, vt Pontifex Romanus hæc tria maximè curarit, quando tantæ Reip. ſupremo nomine veluti Chriſti Vicarius è tot ſæculis præſedit. Et quidem quàm magna, & admiranda præſtiterit ille in primo, ac ſecundo, latè explicauimus tomo primo de ſignis Eccleſiæ Dei; & aliquid attigimus libris de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu. Quantum porro ſpectat ad tertium, cum fuerit auſus dicere Macchiauellus à religione Chriſtiana, atq; B ob id à Pontifice Romano fieri, vt homines ignaui ſint, atque imbelles cum tolerandas iniurias decernant, percutienti vnã, & alteram præbendã dicant eſſe maxillam, ſublata ab ipſis ſint antiqua ſacrificia, quæ milites impellebant ad ſanguinem profundendum, nomina Chriſtianis imponantur hominum imbellium, veluti Petri, Andreæ, Franc. Benedicti, nõ Herculis, Achillis, vel aliorum huiuſmodi, id eſſe peruerſiſsimè dictum cognoſcere poterimus euidentiſsimè ex hoc libro. Licet enim Pontifex ſupra omnes manſuetiſsimus fuerit in eos, qui crimen agnoſcentes, emendationis aliquam ſpem dederunt, vt alibi C aperuimus, ac tales etiam ſint Catholici omnes, quibus tranquillitas in primis eſt cordi, non armorum tractatio, nemo tamen fuit in Rep. Chriſtiana, qui ad illius commune bonũ bellica magis curarit, quam Papa; cum nulla facta vnquam fuerit expeditio militaris aduerſus Chriſti, & Chriſtianæ religionis hoſtes non adnitente ante alios ipſo, & quam non procurarit ille litteris, legationibus, omniq. ope, atq; induſtria. quod quia cunctis eſt notiſsimum, non eſt, quod multis confirmare nunc conemur. Adijcimus tamen, ab illo perfectum, vt religioſi militum cœtus, atque ordines inſtituerentur, qui toti eſſent ſecun D dum diuina ritè procurata in bellicis expeditionibus, atque exercitationibus ab omni rerum quarumlibet adminiſtratione ſemoti. Nam ſub annum 1095. cum primum cruce Vrbanus Secundus milites ſignaſſet, atque ad Hieroſolymas recuperandas miſiſſet, Amalphitani quidam curabant in ijs locis ex voto hoſpitales ædes in S. Ioannis. qui permoti exemplo aduẽtantium in ea loca militum, crucis & ipſi ſuſcepto inſigni bellis pro commodo publico gerendis ſe ſe deuouerunt. Italorum deinde exemplum ſecuti Galli, qui in eas oras innumeri ad expeditio-

Signo quadrageſimo ſeptimo libri vndecimi. cap. 5.



A poſsit è Romanis, qui ſit ex aliqua parte antiquis in arte militari comparandus. Audiamus id conquerentem Venuſinum.

—— *teneræ nimis*
*Mentes aſperioribus*
*Formandæ ſtudijs: neſcit equo rudis*
*Hærere ingenuus puer*
*Venariq. timet ludere doctior*
*Seu Græco iubeas throco,*
*Seu mauis vetita legibus alea.*

B Et

*Non his iuuentus orta parentibus*
*Infecit æquor ſanguine punico*
*Pyrrhumque, & ingentem cecidit*
*Antiochum, Annibalemq. dirum.*

Defuncto autem Nerua, neq; ex Italicis fuit vllus paulo præſtantior, vel miles, vel militum Ductor. Ex hoc namque per annos quaſi ducentos exteri omnes, ac barbari plerumque Imperatores Vrbem ſimul, Italiamq. dilaniarunt, vt libris de nouo, C & antiquo Italiæ ſtatu declaratur. Sic igitur initium nobis eſt à Dei cultu, iuſtitiaq. & cæteris virtutibus faciendum, à quibus ſane Romani primis temporibus minus abfuere, quàm cæteræ nationes, vt merito S. Auguſtinus aſſerat illis ob eas imperium tantum diuinitus attributum. ac Plutarchus proprio libro palàm faciat, non minus vi militari, quàm fortuna tantas à Romanis ditiones comparatas; fortunam vocans, quàm nos prouidentiam Dei: quod ſcilicet Deus ipſis, eorumq. mentibus veras virtutes, quamuis aberrarent, affectantibus occurrebat, & aſpirabat.

D Hæc itaque ſcientes optimè Romani Pontifices tum naturalia, tum diuina iura edocti, religionem, Deiq. cultum præ cunctis alijs curarunt: cum faciẽda ſit etiam libentiſsimè omnium iactura pro illius incolumitate, quando repoſita ſint pro caducis hiſce, ac fluxis ampliſsimo fœnore cęleſtia ſimul, atque æterna. Idcirco per eos, quos ipſi miſerunt, excultum ſcimus, quidquid eſt terrarum ſupra Rhænum, Danubiumque; id verò eſt Europæ duplum. In ijs quippe locis olim nulla erat Vrbs, nulla literatura, nulla ars liberalis. quo perfecto apertus eſt aditus ad Africæ latiſsimas plagas, ad inſulas, quas Oceanus circumfluit,

fluit,ad Indias Orientales, & Occidentales. Eorumdem mu- A
nus fuit religionem confirmare ſex illis modis, quos alibi re-
cenſuimus: prætereà verò confutandis hæreticis,concilijs vni-
uerſalibus è toto Orbe conuocandis, vnanimi Doctorum con-
ſenſu tuendo, aut lapſa doctrina, labefactataq. multis in locis
reparanda. cum certè vel in terris multo glorioſiora, atque
honeſtiora ſint hominibus ſanctitate præſtantibus apparata
præmia, quam bella miſcentibus. Nam quis ex iſtis Italus eſt
aſſecutus honores Benedicti, Franciſci, & aliorum, quos eſſet
infinitum numerare, & quibus innumera toto Orbe ſunt exci-
tata templa, cæleſteſq. decreti honores? B

Sed quando non eſt omnium morti pro pietate vltro ſubeun-
dæ ſe offerre, ac pro officijs virtutum præſtandis nihili cuncta
facere,pericula adire,quorumlibet apertum detrimentum pa-
ti; idcirco Romani Pontifices ad imbecillos, ac paruulos defen
dendos,frangendamque,& coërcendam flagitiorum confiden-
tiam ſimul,& colluuionem, excitarunt Reges,Principes,ac po
pulos ad arma ſumenda, fœderibus aduerſus hoſtes Dei con-
iunxerunt,militares ordines inſtituerunt,ita vt nihil vmquam
præclarum ſit geſtũ contra Chriſtiani nominis oppugnatores,
niſi impellente,promouente,aut in primis adiuuante Papa, vel C
Papæ ſtudioſis.

Atque ita Romani Pontifices, populuſq. Chriſtianus, meri-
tò magis operam dederunt, ac dant rebus diuinis, doctrinisq.
ornantibus mentem, quàm militaribus, quæ ſibi in his poſtre-
mum locum vendicare debent: inuerſioq. eſſet ordinis totius,
ſi præponerentur hæc illis; perinde ac ſi quis pedes capitis, ca-
put pedum loco ſtatuere vellet, & ad ruinas ſtruendas parieti-
bus imponeret fundamenta,tectum verò parietibus ſubſterne-
ret.poſſumuſq. cognoſcere in omni natione,ſi celebritatẽ præ-
cipuam tulit artis bellicæ, quamdiu viguit hæc, viguiſſe ſimul D
etiam pietatis,iuſtitięq. amorem,quo ſublato corruiſſe eodem
Signo xcix. caſu illam,quod alibi aperuimus.

Ridendus porro hic (nam de ſacris, ac diuinis modo loqui-
mur) eſt Macchiauellus, qui vult ideo fortes in bello fuiſſe Ro-
manos,quod antequam ſigna committerentur, ſolerent in ſa-
crificijs pecora mactare,ex quo fiebat,vt illi animos ſumerent
ex huiuſmodi aſpectũ ad cædes patrandas, ſanguinemq. effun-
dendum. Atqui, ò homo acutiſsimè, Cæſar non legitur hæc
ſolitus facere cum ſuis militibus, quoties inire prœlium vole-
bat



# DE ROBORE BELLICO, DIVTVRNIS, ET AMPLIS CATHOLICORVM REGNIS.

## LIB. I.

## ADVERSVS MACCHIAVELLVM.

*Clariſsimè oſtenditur à Pontifice Romano ſtudium diſciplinæ militaris omnium maximè inter Chriſtianos inductum, ac ſtabilitum. Cap. I.*

A TRIA ſunt ſine quibus imperia magna,ac
Reſp. vel diu ſtare,vel incrementa ma
gna ſumere in bonum nullo modo poſ-
ſunt,vitæ ſanctitudo,diſciplinarum li-
beralium ſtudia,tractatio rerum bel-
licarum. Ac primum quidem Deo cõ-
ciliat humanum genus, & ex homini-
bus cælites facit. Secundum nos à bel-
luis diſtinguit. Tertium tranquillita-
tem ad potiunda licitè terrena, ſupe-
B rioraq. expeditius percipienda,quaſi feras irruentes,ac bona,
quæ diximus, interturbantes abigat, nobis parit. Atque ita
hoc imprimis corpora tuetur; illo animus humanus excoli-
tur; ſupremo mens ipſa, vt diuinitati adglutinetur, expolita
euehitur ad ſummum, terra cælo inſeritur, cælum terræ inſer-

tur, atque adducitur. Cum verò Chriſtiana Reſp. latiſsimè A
ſemper ex omnibus gentibus conflata, ac toto Orbe diſperſa in omnes mundi partes pertinuerit, ac poſt ætatem Conſtantini imperia inter mortales potentiſsima continuerit, neceſſe eſt, vt Pontifex Romanus hæc tria maximè curarit, quando tantæ Reip. ſupremo nomine veluti Chriſti Vicarius è tot ſæculis præſedit. Et quidem quàm magna, & admiranda præſtiterit ille in primo, ac ſecundo, latè explicauimus tomo primo de ſignis Eccleſiæ Dei; & aliquid attigimus libris de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu. Quantum porro ſpectat ad tertium, cum fuerit auſus dicere Macchiauellus à religione Christiana, atq; B
ob id à Pontifice Romano fieri, vt homines ignaui ſint, atque imbelles cum tolerandas iniurias decernant, percutienti vnā, & alteram præbendā dicant eſſe maxillam, ſublata ab ipſis ſint antiqua ſacrificia, quæ milites impellebant ad ſanguinem profundendum, nomina Chriſtianis imponantur hominum imbellium, veluti Petri, Andreæ, Franc. Benedicti, nō Herculis, Achillis, vel aliorum huiuſmodi, id eſſe peruerſiſsimè dictum cognoſcere poterimus euidentiſsimè ex hoc libro. Licet enim Pontifex ſupra omnes manſuetiſsimus fuerit in eos, qui crimen agnoſcentes, emendationis aliquam ſpem dederunt, vt alibi C
aperuimus, ac tales etiam ſint Catholici omnes, quibus tranquillitas imprimis eſt cordi, non armorum tractatio, nemo tamen fuit in Rep. Chriſtiana, qui ad illius commune bonū bellica magis curarit, quam Papa; cum nulla facta vnquam fuerit expeditio militaris aduerſus Chriſti, & Chriſtianæ religionis hoſtes non adnitente ante alios ipſo, & quam non procurarit ille litteris, legationibus, omniq. ope, atq; induſtria. quod quia cunctis eſt notiſsimum, non eſt, quod multis confirmare nunc conemur. Adijcimus tamen, ab illo perfectum, vt religioſi militum cœtus, atque ordines inſtituerentur, qui toti eſſent ſecū- D
dum diuina rite procurata in bellicis expeditionibus, atque exercitationibus ab omni rerum quarumlibet adminiſtratione ſemoti. Nam ſub annum 1095. cum primum cruce Vrbanus Secundus milites ſignaſſet, atque ad Hieroſolymas recuperandas miſiſſet, Amalphitani quidam curabant in ijs locis ex voto hoſpitales ædes in S. Ioannis. qui permoti exemplo aduētantium in ea loca militum, crucis & ipſi ſuſcepto inſigni bellis pro commodo publico gerendis ſe ſe deuouerunt. Italorum deinde exemplum ſecuti Galli, qui in eas oras innumeri ad expeditio-

Signo quadrageſimo ſeptimo libri vndecimi cap. 5.



A peditionem ſacram confluxerant, & ipſi ordinem ſuum conſtituerunt ad templi defenſionem, viasq. ab hoſtilibus incurſationibus tutandas, vt ſecuri omnes venire Hieroſolymas poſſent, ob id Templarij dicti. ad eos extant epiſtolæ quædam S. Bernardi. Hæc refert inter alios Guglielmus Tyrius illorum temporum Scriptor lib. 4. c. 18. Germani poſt Italos, & Gallos cum Duce Conrado, & Friderico Primo maximas in Orientem copias impulſu Pontificum Romanorum traieciſſent, ædem S. Mariæ conſtruētes ordinem Theutonicorum proprijs legibus informarunt, & à Cæleſtino Papa priuilegia multa obtinuerunt.
B Hos longe poſt in Hiſpania Caſtellani ſunt imitati, ordinemq. S. Iacobi excitarunt anno 1176. Alexandri iij. ſeptimodecimo, à quo fuit ille ſtabilitus. Vltimi fuere Luſitani, qui fundarunt ordinem Chriſti.

Atque ita quatuor hiſce nationibus ordines militares fuerunt, Italis, Gallis, Theutonicis, Hiſpanis, in quos qui admittebantur, tria vota Deo nuncupabant obedientiæ, paupertatis, & caſtimoniæ, quò liberi ab omni cura terrenarū rerum, coniugumq. effœminatis amplexibus, & caritate liberorum poſſent bellicis rebus ſtudioſius operam dare. quod Romanorum Pon-
C tificum fuit opus totum, cui ſoli erat olim ſubiectus eorū ſummus Præfectus, qui Magnus Magiſter vocabatur. Quantum porro fuerit horum militum robur, quanti olim progreſſus in vtilitatem publicam, Regumq. maximorum bonum, quid ad illos publicæ vtilitati conſeruandos Papæ egerint, quid contra alij, liquet ex eis, quæ ſunt alibi à nobis explicata.

Lib. 3. cap. 4. de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu.

Illud in vniuerſum de ipſis aſſeri poteſt, eos quibuslibet ſuæ nationis bellica fortitudine præſtitiſſe. ſpeciatim verò, opera Theutonicorum non modo Pruſiam, Liuoniamq. ampliſsimas regiones adiectas Chriſtianæ Reip. ingenti Germaniæ decore,
D imperijq. Germanici augumento, ſed etiam Tartarorum, Scytharumq. aliorū conatus, & irruptiones in Europam totā repreſſas; Hiſpanicorum verò ope magnam partē depulſos Arabas, ac Mauros è patrijs locis, quæ ſupra ſeptingentos annos occuparant; quod Antonius Nebriſſenſis teſtatur. Luſitanicorum denique armis plurimas in Africa oras apertas, belloq. acquiſitas. Sed iſti ſcilicet non ad augenda propria ſuos labores intenderunt, ac potentiſsimi Reges ipſarum laboribus, ac bonis Pontifice Romano ob temporum difficultatem, vel iudulgente, vel non omnino aduerſante, ſuas opes auxerunt, atque

Signo lxxxj cap. 1. lib. 19. de ſignis Eccleſiæ Dei.

 idcirco

idcirco quid præſtiterint illi, non elucet. Verum bellica eorum A
fortitudo ſemper extitit admiranda, ac diuina: nonnullaq́. ip-
ſorum pene incredibilia geſta huius operis capite primo è do-
meſticis Scriptorum teſtimonijs aperimus. Nos ſanè Itali niſi
haberemus expeditiones annuas Hieroſolomitanorum, qui-
bus adiunguntur aliæ militum S. Stephani, multo quàm ſint di-
rioribus Mahometanorum pyratarum incurſationibus pate-
remus. Iſtorum certè quidem fortitudo militaris nulli quæ ſit,
aut vnquam fuerit, eſt ſecunda. & quamuis ferociſsimas oppu-
gnationes ſint perpeſsi ſupra omnes, quæ acciderint vllis ali-
quando; ſuſtinuerunt tamen, cum pauciſsimi forent reſpectu B
hoſtium, glorioſiſsimèq́. ſuperarunt. Quod niſi hæreſis euer-
tiſſet ordinem Theutonicorũ, niſi mala mens Philippi Pulchri
Templarios, atque Hiſpanici permanſiſſent in antiquis inſtitu-
tis, quæ acceperant à Pontifice Romano, quòd Hieroſolomita-
ni, qui propius Papæ ſubiecti fuerunt, egere, vniuerſiq́. ordines
quatuor nationum cõſpiraſſent aduerſus Chriſtianorum per-
duelles, nec Reges aliqui in ſua commoda ipſos traduxiſſent,
aut reliqui è noſtris adeo fortes extitiſſent, quanta cuncti ab
ipſis, quod Papæ ſtudebant, emolumenta percepiſſemus? Appa
ret tamen hac in re Pontificum Romanorum ſtudium præ cæ- C
teris Principibus, vt vigeat in Chriſtianis bellica fortitudo, or-
dinibus huiuſmodi militum conſtituendis. Producatur enim
quæſo Rex aliquis, qui cætum tandiu permanentẽ, militumq́.
adeo fortium formauerit inter Chriſtianos, aut etiam morta-
les quoslibet, vt Pontifices Romani, quos prædiximus, ordines
inſtituerunt. Nunquid igitur Papæ ignauos, imbellesq́. homi-
nes efficient, an potius omnium valentiſsimos, ac maximè for-
tes? Quid verò eſt, quod omnium bellicoſiſsimi Reges ijdem
fuere Pontificibus Romanis addictiſsimi, veluti Conſtantinus,
Theodoſius, Carolusq́. ob res geſtas cognomento Magni Impe D
ratores? in ſingulis autem regnis, qui fortiora, & celeberrima
perfecerunt in bellis, eorundem ſtudioſiſsimi fuerunt, quòd ali-
bi fuit à nobis explicatum. Hæc omnia manifeſtum faciunt
Chriſtianæ religionis, ac Pontificis eſſe, vt homines Ca-
tholici militaria prudenter adminiſtrent, fortiſsi-
mèq́. exequantur. Quod hic à nobis leuiſ-
ſimè perſtrictum clarius è ſubie-
ctis apparebit.





A *Curanda in primis diuina, ac virtutes animi, deinde ars militaris, quæ ſine illis eſt nulla; falſumque eſt Romanos ob ſacrificia fuiſſe fortes in bello.* *Cap. II.*

SED quemadmodum domus, non ex vno parie-
te, non ex vno membro corpus animantis, ſic
Reſp. non erit, quæ vnius duntaxat artis ſtudio
tenebitur, cæteras autem nullo prorſus loco
ducet. ac ridendus foret ille medicus, qui mor-
B bum conaretur expellere ex oculis verbi gra-
tia ſolis, aut etiam capite, quamuis potiſsima noſtri corporis
parte, reliquum ſperneret; eodem modo non eſt audiendus ille,
qui Reip. partem curaret, alias nequaquam. pateret enim mor-
ti euidentiſsimæ miles ille, qui rueret in armatos hoſtes nudus
ipſe vndique, quamuis ferro brachia circundaret. Ac nemo
poteſt negare in rerump. gubernatione plus operę dandum re-
bus illis, quarum maior eſt excellentia, ac nihil non eò referen-
dum, quorum finis eſt ſupremus. Atque ita ſcientia, cultusq́. di-
uinorum primas ſibi, ac præcipuas vendicabit. Deus nanque
C eſt omnium finis; inde omnis vita, omnis noſtra beatitudo. Poſt
hoc, doctrinarum liberalium ſtudia, quibus excoluntur huma-
næ mentes, vel ad officia virtutum præſtanda, vel ad naturalia
perdiſcenda, ac ſcienda, quæ præſtant arti militari, ac bellicæ
diſciplinæ. non enim pax ob bellum, ſed bellum geritur, vt in
tranquillitate degamus; neceſsitateq́. adacti mortales ad præ-
lia compelluntur quietem reſpicientes, mentiumq́. ornamen-
ta, ac nobilitatem cælitus deriuandam: alioquin pugnando be-
ſtijs potius ratione carentibus videmur eſſe ſimiles, quam præ-
ditis intelligentia naturis; ſcientia verò, ac ſanctitudine cæli-
D tibus ipſis æterna, ac ſtabili pace fruentibus. Quocirca inge-
nioſiores belluæ, ac prudẽtiores veluti elephantes, grues, apes,
minus amant bella, & feritatem, quæ truculentioribus, ac fu-
rentibus ingenita propellit ad pugnas, & cædes, vt angues, lu-
pos, tigres, & cæteras id genus, quas maximè auerſamur,
odioq́. cuncti habemus: conſtat præterea genus humanũ præ-
lijs conſerendis, haud propagari, & expoliri, ſed efferari, & ex-
ſcindi ad internecionem populorum, gentiumq́. vaſtitates in-
ferri agris, ruinas vrbibus, & ædificijs cunctis extremas. vt re-
cte ille Terentianus dixerit.

*Omnia prius experiri, quàm armis ſapientem decet.* A
Et apud Græcum poëtam Iliados 1.

Ἀφρήτωρ, ἀθέμιςος, ἀνέςιος ἐςιν ἐκεῖνος
Ὅς πολέμου ἔραται ἐπιδημιου ὀκρυοέντος.

Id eſt.

*Ex lex, fœdifragus, nulli ſociabilis ille eſt*
*In populo quicunque cupit lugubria bella.*

Quocirca Romani quamdiu pacem magis, quam bella amarunt, atque hæc inierunt maximis prius, an iure ſumerentur, habitis diſputationibus cuncta referentes ad iuſtitiã, ſtudiaq́. B quietiora tuenda, & maximis ipſi bonis potiti ſunt, & imperij confinia latiſsimè amplificarunt, nullis propè ſeditionibus, nullis ciuilium turbarum diſsidijs exagitati vſque ad annos Vrbis 650. plus minus, quibus tẽporibus Polybius admiratur, ac ſummis laudibus extollit Romanorum virtutes, cum iam, ſcribit ille, multo amplioribus, quam Perſæ, ac Macedones ditionibus partis non Orbis aliquam partem, ſed vniuerſum ferè ſubegiſſent. Ex hoc magis bella cupientes, quam tranquillitatem fidei, iuſtitiæ, ac pietatis ſæpe immemores fuere. & quid tum nõ mali perpeſſa eſt Italia, ac Roma per annos prope centum? So- C cialia bella exorta, ciuilia inter Octauium, atq; Cynnam; deinde Marium, ac Syllam; poſtea Cæſarẽ, & Pompeium; mox triumviros, ac Brutum, Caſsiumque; inde inter Octauium, & Lepidum; rurſus inter illum, & Pompei filios; denique C. & M. Antonios; atque hoc temporis ſpatio ter Vrbs direpta, quater totius penè Italiæ agri expulſis, ac longiſsimè à mandatis prioribus dominis diuiſi inter milites; totque, ac tantæ Vrbibus, ac locis omnibus clades allatæ, vt Lucanus adhuc ætate ſua ſemirutas illas, & cuncta ſquallentia, in ſolitudineq́. adducta deploret. ac teſtis eſt Tacitus imperante Nerone deſertas Antiatũ, D Tarentinorumq́. ſedes permanſiſſe, colonosq́. idcirco deductos, neque tamen repletas, quamuis nemo ignoret eas regiones amœniſsimas Italiæ ſemper fuiſſe. Hæc nimirum laus eſt iuſtitiæ, virtutumq́. quibus animi perpoliuntur, vt non modo bellicoſiſsimos homines efficiant ſuis temporibus, auocent ab inertia, ſed omnia ſecum bona ferant.

Nunquid enim Romanis, aut Italis fuere militum duces excellentiores, poſtquam ſtudium virtutum relinquere, inanes vmbras ſectari cœperunt? Poſt Auguſtum vix eſt, vt proferri

poſsit



A poſsit è Romanis, qui ſit ex aliqua parte antiquis in arte militari comparandus. Audiamus id conquerentem Venuſinum.

*—— teneræ nimis*
*Mentes aſperioribus*
*Formandæ ſtudijs: neſcit equo rudis*
*Hærere ingenuus pudor*
*Venariq́. timet ludere doctior*
*Seu Græco iubeas throco,*
*Seu mauis vetita legibus alea.*

B Et

*Non his iuuentus orta parentibus*
*Infecit æquor ſanguine punico*
*Pyrrhumque, & ingentem cecidit*
*Antiochum, Annibalemq́. dirum.*

Defuncto autem Nerua, neq; ex Italicis fuit vllus paulo præſtantior, vel miles, vel militum Ductor. Ex hoc nanque per annos quaſi ducentos exteri omnes, ac barbari plerumque Imperatores Vrbem ſimul, Italiamq́. dilaniarunt, vt libris de nouo, C & antiquo Italiæ ſtatu declaratur. Sic igitur initium nobis eſt à Dei cultu, iuſtitiaq́. & cæteris virtutibus faciendum, à quibus ſane Romani primis temporibus minus abfuere, quam cæteræ nationes, vt merito S. Auguſtinus aſſerat illis ob eas imperium tantum diuinitus attributum. ac Plutarchus proprio libro palàm faciat, fortunam vocans, quam nos prouidentiam Dei, non minus vi militari, quàm fortuna tantas à Romanis ditiones comparatas; quod ſcilicet Deus ipſis, eorumq́. mentibus veras virtutes, quamuis aberrarent, affectantibus occurrebat, & aſpirabat.

D Hæc itaque ſcientes optimè Romani Pontifices tum naturalia, tum diuina iura edocti, religionem, Deiq́. cultum præ cunctis alijs curarunt: cum faciẽda ſit etiam libentiſsimè omnium iactura pro illius incolumitate, quando repoſita ſint pro caducis hiſce, ac fluxis ampliſsimo fœnore cæleſtia ſimul, atq; æterna. Idcirco per eos, quos ipſi miſerunt, excultum ſcimus, quidquid eſt terrarum ſupra Rhænum, Danubiumque; id verò eſt Europæ duplum. In ijs quippe locis olim nulla erat Vrbs, nulla literatura, nulla ars liberalis. quo perfecto apertus eſt aditus ad Africæ latiſsimas plagas, ad inſulas, quas Oceanus circumfluit,

fluit, ad Indias Orientales, & Occidentales. Eorumdem mu- A
nus fuit religionem confirmare ſex illis modis, quos alibi re-
cenſuimus: præterea verò confutandis hæreticis, concilijs vni-
uerſalibus è toto Orbe conuocandis, vnanimi Doctorum con-
ſenſu tuendo, aut lapſa doctrina, labefactataq. multis in locis
reparanda. cum certè vel in terris multo glorioſiora, atque
honeſtiora ſint hominibus ſanctitate præſtantibus apparata
præmia, quam bella miſcentibus. Nam quis ex iſtis Italus eſt
aſſecutus honores Benedicti, Franciſci, & aliorum, quos eſſet
infinitum numerare, & quibus innumera toto Orbe ſunt exci-
tata templa, cæleſtiſq. decreti honores? B

Sed quando non eſt omnium morti pro pietate vltro ſubeun-
dæ ſe offerre, ac pro officijs virtutum præſtandis nihili cuncta
facere, pericula adire, quorumlibet apertum detrimentum pa-
ti; idcirco Romani Pontifices ad imbecillos, ac paruulos defen
dendos, frangendamque, & coërcendam flagitiorum confiden-
tiam ſimul, & colluuionem, Reges, Principes, ac populos ad ar-
ma ſumenda excitarunt, fœderibus aduerſus hoſtes Dei con-
iunxerunt, militares ordines inſtituerunt, ita vt nihil vnquam
præclarum ſit geſtũ contra Chriſtiani nominis oppugnatores,
niſi impellente, promouente, aut in primis adiuuante Papa, vel C
Papæ ſtudioſis.

Atque ita Romani Pontifices, populuſq. Chriſtianus, meri-
tò magis operam dederunt, ac dant rebus diuinis, doctriniſq.
ornantibus mentem quam militaribus, quæ ſibi in his poſtre-
mum locum vendicare debent, inuerſioq. eſſet ordinis totius,
ſi præponerentur hæc illis, perinde ac ſi quis pedes capitis, ca-
put pedum loco ſtatuere vellet, & ad ruinas ſtruendas parieti-
bus imponeret fundamenta, tectum verò parietibus ſubſterne-
ret. poſſumuſq. cognoſcere in omni natione, ſi celebritatẽ præ-
cipuam tulit artis bellicæ, quamdiu viguit hæc, viguiſſe ſimul D
etiam pietatis, iuſtitięq. amorem, quo ſublato corruiſſe eodem
caſu illam, quod ad finem dilucide aperiemus.

Ridendus porro hic (nam de ſacris, ac diuinis modo loqui-
mur) eſt Macchiauellus, qui vult ideo fortes in bello fuiſſe Ro-
manos, quod antequam ſigna committerentur, ſolerent in ſa-
crificijs pecora mactare, ex quo fiebat, vt illi animos ſumerent
ex huiuſmodi aſpectu ad cædes patrandas, ſanguinemq. effun-
dendum. Atqui, ò homo acutiſsimè, Cæſar non legitur hæc
ſolitus facere cum ſuis militibus, quoties inire prœlium vole-
bat,



A bat, & tamen omnium bellicoſiſsimus eſt habitus, eius exerci-
tus inuictus, timoris expers. quid hic dices? quid de Alexan-
dro Magno comminiſceris? qui ſimiliter antequam manus cõ-
ſereret, haud legitur conſueſſe beſtias immolare. Nunquid
hunc imbellem vocabis, aut ignauum? Omittemuſne Anniba-
lem, vel ſi quis eſt alius laude militari præſtans? Enimuero ſta-
tuet aliquis talia ſacrificia potuiſſe afferre animis ſocordiam
quandam. Nemo enim dubitat facillimum eſſe pecudem, vel
aliam beſtiam perimere, difficillimum vero hoſtes armatos.
Cum procedit igitur aliquis putans ſe inimicis ablaturum vi-
B tam, veluti pecoribus; experitur autem longe ſecus euenire,
pugnandumq. ſibi, ac vitæ diſcrimen adeundum, neque minus
è ſuis cadere, quam ex aduerſarijs, corripietur ille timore im-
prouiſo, qui excutiat omne robur, ac deiectus opinione, ſpeq.
ſua, contrarium ſortietur euentum. Atque ita multo aliter
ex iſtis aſſumptis eſt concludendum. Perſæ nulla cruenta ſa-
cra faciebant, nullas hoſtias litabant, & tamen viuente Cyro, &
Cambyſe pugnaciſsimi fuere, & imperium latiſsimum compa-
rarunt. Quod ſi è pecoribus perimendis fortitudo noſtris ani-
mis ingeneraretur, lanij forent omnium præſtantiſsimi copia-
C rum duces, aut bellatores valentiſsimi. id ſi Macchiauellus aſ-
ſerit, acumen ingenij, ſicut in cæteris, iucredibile oſtentabit.
Certè in quolibet exercitu ſolent ad eſum neceſſarium publi-
cè, palamq. hodie cunctis inſpectantibus armenta iugulari;
quid itaque prohibet, ſi velit ita eſſe, quin ex iſtis occiſionibus
fiant milites animoſi? quid reuocat obſoletas, ac detruſas cum
ſuis ad inferos immolationes? Sed abominanda iſtà ad finem
commodius confutanda duximus: Illud non omittentes, à no-
bis aliàs explicatum fuiſſe, magna imperia, quę ſine bellicis ar-
tibus conſeruari haud poſſunt, plerumq; apud eas gentes olim
D fuiſſe, quæ minus aberant à vero Dei cultu, iuſtitiæq. præſcri-
ptis; ſed hæc omnia maximè illuſtrantur ijs duobus li-
bris, quibus aperimus, imperia pendere à veris
virtutibus, non ſimulatis. Nunc ad
rem veniamus.

Signo lxc. de euerſione gẽtium, & regnorum.

### *Oſtenditur catholicos longe omnium fortiſſimos in bellis, quod cum pauciſſimis ſuorum maiores hoſtium ſtrages ediderint, quàm quicunque à nobis alieni.* A

### *Cap. III.*

ET quidem ſicuti non inficiamur Catholicos vinci ab omnibus propè nationibus quantum ſpectat ad exercitationes bellicas, quod paci in primis ſtudeant, ac tranquillitati: ſic falſiſſimum prorſus eſt, quod Macchiauellus eſt B auſus aſſerere, à Catholica religione fieri, vt homines timidi ſint, ignaui, & imbelles, afferens inania quædam, ſolidè à nobis ad finem confutanda: nam clariſsimè oſtendemus è plurimis euentis, ac geſtis, Catholicos, niſi pugnent pro regionibus hæreſum plenis, quas Deus, & omnium maximè aduerſatur, & efferis gentibus addixit, aut alioquin ſint in Pontificem Romanum contumaces, vel foueāt iniuſtam cauſam, ſemper in bellis omniū fortiſsimos, quicunq; vnquā fuerint, extitiſſe. ob eas cauſas, quas infra adducemus.

Primumq. ſit illud argumento. Nullam fuiſſe vnquam gen- C tem, quę cum paucioribus ſuorum tot, ac tantas in acie ſtrages hoſtium feciſſe vnquam memoretur, quot, & quātas noſtri ediderunt. Quod vt euidentiſsimum fiat, enumerabimus aliqua huiuſmodi euenta; inter quæ poni poſſet illud etiam, quod cōtigit M. Antonino Imperatori, qui confitetur epiſtola ad Senatum data ſe victoriā conſecutum, ſiue precibus, ſiue etiā viribus ſimul Chriſtianæ Legionis, quam fulminatricem vocauit, cum pugnaret aduerſus Quados, & Marcomannos, cæteroſq. populos Boreales ſub ſignis habentes militum nongenta ſeptuaginta quinque millia, quibus erat longiſsimè impar numerus ſuo- D rum. attexitur epiſtola operibus S. Iuſtini. meminere huius victoriæ per noſtros habitæ Tertullianus in Apologetico cap. 5. Euſebius lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 1. Oroſius lib. 7. cap. 9. ante hoc prælium nunquam Romani pauciores aduerſus plures victoriam ſunt adepti, niſi Lucullo duce aduerſus Tigranē.

Huic merito ſubijcietur, quod obtigit Imperatori Conſtantino, qui cum ſuis pauciſsimis ingentem armatorum multitudinem, copiaſq. infinitas (ita loquitur Euſebius) quibus Maxentius Imperator omnem Italiæ locū repleuerat, tribus prælijs fu-



A lijs fudit; ita vt in hoc ſint renouata antiqua euenta Hebræorum, qui numero exiguo innumeras hoſtium copias aliquando interemerunt. ſic ille his temporibus viuens, & haud ſcripturus mendacium, cuius redargui poterat à cunctis, lib. 1. de vita Conſtantini cap. 31. Hinc apparet Zoſimi vanitas, qui res noſtras, quantum poteſt, extenuat, & abſuit longè ab hac ætate, & ſecus aliquanto rem ſcribit.

Haud diſſimile contigit Imperatori Theodoſio, qui cum tenues haberet militum ſuorum copias, haud veritus eſt ſigna conferre cum Eugenio, qui imperium Occidentale occupauerat; exercitumq. infinitum (ſic ait Socrates horum temporum B ſcriptor lib. 5. cap. 24.) ducebat iactans ſe exciſurum Chriſtianam religionē. meminerunt huius victorię tanquam memorabiliſsimę S. Auguſtinus lib. 5. de Ciuit. Dei. S. Ambroſius aduerſus Symmachum ſcribens; miraculoq. eſt adſcripta quod venti exorti iacula in hoſtes ipſos retorquerent; hinc Claudianus poëta à nobis alienus, alloquens Theodoſium:

*O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris*
*Aeolus armatas acies, cui militat æther,*
*Et coniurati veniunt ad claſsica venti.*

C Non omittemus, quod huius filio Honorio ſcribitur accidiſſe, cum Duce Stilichone partim deleuit, partim cœpit ducenta millia, & amplius Gothorum, quos ad euertendum Chriſti cultum Radagaiſus Romam trahebat, euenit hoc in montibus Feſulanis. ſcribit S. Auguſtinus pauciſsimos noſtros milites fuiſſe, eadem Proſper, & Oroſius. addit ille è noſtris nullum vel extinctum, vel vulneratum, quòd in tanta victoria Romanis vnquàm contigiſſe, vel alijs haud legimus. inſignis & illa victoria fuit, quam conſecutus eſt Aëtius in campis Catalaunicis aduer- D ſus Attilam ſeptingenta millia militum ſub ſignis habentem, ita vt Sidonius illorum temporum ſcriptor cecinerit.

*—— ſubito cum rupta tumultu*
*Barbaries totas in te transfuderat Arctos*
*Gallia ——*

cæſa ſunt hoſtium ducenta millia. Non habuit in acie ſuorum Aëtius triginta millia, quamuis auxiliū tulerint Gothi, & Burgundi, auxerintq. numerum noſtrorum.

Præſtantiſsimas præterea victorias retulere è Perſis duces

 Theodo-

Theodoſij iunioris, Mauriciuſque, & Heraclius Imperatores, A
qui & Perſica regna occuparunt, & Perſis Reges dederunt, vt
infra aperiemus.

Poſtquam Vitiza, & Rodericus à Romani Pontificis obediẽ-
tia diſceſſerunt, atque ob id Sarraceni occuparunt Hiſpanias,
Pelagius primus Caſtellæ Rex Catholicus anno 717. non niſi
mille milites habens vigintimillia, & amplius hoſtium cecidit
ſuorũ nemine amiſſo, quod alijs accidiſſe vix eſt, vt in hiſtorijs
memoretur. hæc Toletanus lib.4.cap.11.

Carolus Martellus Pipini Regis pater anno 730. tercenta,
ac ſeptuaginta quinque millia Sarracenorum peremit, Sigi- B
bertus ait tercenta octuaginta millia non amiſit ille, niſi mille
& quingentos è ſuis; vnum ſcilicet pro ducentis triginta.

Sic eodem modo cum pauciſsimis ſuis occiderunt Sarrace-
norũ Froila primus quinquaginta quatuor millia poſt annum
756. Alfonſus Caſtus ſeptuaginta millia poſt annum 791. Ra-
nimirus poſt 827. totidem; Ranimirus alter anno 905. ad ſe-
ptimancas octuaginta millia; Ferdinandus Gundiſaluus Ca-
ſtellæ Comes anno 924. trecentis militibus fretus vicit Alman
ſarem Africæ, & Hiſpaniæ celeberrimum Regem quinquagin-
ta, & plura hominum millia habentem, ita vt vnus è noſtris pu C
gnaret aduerſus centum ſexaginta, & plures. Rurſus anno
931. idem quadringentos quinquaginta equites habens, pedi-
tumq. quindecim millia, vicit eumdem copijs innumeris inſtru
ctum, ita vt prœlium ſit tres dies continuatum.

His omnibus eſt admirabilius prœlium, cui Rodericus Ar-
chiepiſcopus Toletanus horum ſcriptor interfuit anno 1212.
in quo Rege Alfonſo ſunt interfecta Mahometanorum ducen-
ta millia, deſiderati è noſtris tantum vigintiquinque. atq; ita
pro vno è noſtris perierunt octomillia inimicorum.

Veniamus ad propiora ætati noſtræ anno 1500. Moſchouiæ D
Dux irrupit in fines Liuoniæ ſub ſignis habens equitum Mo-
ſchouitarum centum millia, Tartarorum triginta millia. it illi
obuiam Vualtherus à Plettemburgo Theutonicorum ſummus
Magiſter adducens equitum Germanicorum ſeptem millia, Li-
uonicorum quinque. occiſa ſunt ex hoſtibus centum millia,
vnus è noſtris perijt pro illis centum millibus, nihil ſimile eſt in
tota antiquitate.

Rurſus anno 1564. Moſchouitarũ Dux in acie habebat equi-
tum ducenta millia, Lithuani neque millia triginta. ventum
eſt ad

eſt ad



A eſt ad pugnam. è Moſchouitis cæſa ſunt millia nonaginta, è Li-
thuanis homines viginti. Hæc Tilmannus Bredenbachius li-
bro de bello Liuonienſi.

Narrat Cromerius oratione funebri habita in obitu Sigiſ-
mundi I. Baſilium Moſchouiæ Ducem ſub ſignis habuiſſe apud
Orſam bellatorum octuaginta millia. Polonorum ex aduerſo
tam tenues erant copiæ, vt Moſchouitæ noluerint impedire,
quominus noſtri amnem tranarent, quod ſe eos flagris abactu-
ros pecudum more iactarent. collata ſunt ſigna. perierunt ex
hoſtibus quadraginta millia, quinque ſunt capta. è noſtris, qui
B fuerint deſiderati haud ſcribit auctor.

Ferdinandus Corteſius in Indijs Occidentalibus bella geſsit
aduerſus gentes pugnaces, & quibus huiuſmodi tela erant, vt
ijs quandoque vno ictu ſit homo medius diſſecatus. is tantum
terrarum bello acquiſiuit, vt æquent Europæ prope dimidium.
cumque non niſi quingentos pedites, & equites quindecim ha-
beret cum centum quinquaginta millibus hominum pugnans
victor extitit nullo amiſſo ſuorum, cæſis innumeris hoſtium;
quamuis vnus aduerſus quadringentos prœliaretur. iterumq.
C cum centum milibus eodem modo manus conſeruit, ac victo-
riam reportauit. nihil ſimile eſt in tota antiquitate inter alie-
nos à nobis.

At Franciſcus Pizarrus tantumdem regionum ferro acqui-
ſiuit, prœliaq. cum bellicoſis populis iniuit; cumque non niſi
quadraginta quinque equites, & pedites vigintiquinque inſtru
xiſſet aliquando, è quadraginta millibus armatorum victoriã
retulit, plurimos hoſtium peremit, ſuos incolumes reduxit,
cum quilibet ex eis aduerſus quadringentos, ac plures ſtaret.

In Arabiæ terras neque Alexander, neque Romani penitus
D vnquam peruadere armis potuerunt, vicit ille Indos, ac Per-
ſas effœminatos, atque ob id Magnus eſt vocatus. Atqui Al-
fonſus Alburquecius plurimas in Arabia terras occupauit ar-
mis, in ipſa Perſia, regnumq. Armuzij nobiliſsimum Luſitanicæ
ditioni adiecit, in India verò cis, & vltra Gangem, ad quas ne-
que Perſæ, neque Alexander armis peruenerunt, innumeros
Reges, eoſq. latè dominãtes vicit, ac tributarios fecit, ſæpiusq.
cum quingentis tantum militibus, & aliquando etiam paucio-
ribus aduerſus triginta, & quadraginta armatorũ millia, qui-
bus ignea tormenta maiora, & minora erant, ſicut & nobis, pu-
gnauit, ac victor extitit, cum quilibet è ſuis haberet ex aduer-
ſo quin-

ſo quin-

ſo quingentos,quibuſcũ res illi prœliando foret. quæ latè Oſo- A
rius lib.5.vſque ad decimum perſequitur.
Odoardus autem Paciecus cum non niſi ſeptuaginta & vnũ
Luſitanos haberet aduerſus quinquaginta ſeptem millia Ara-
bum, & Indorum manum conſerens dilapſis ab eo quingentis,
qui opem ferebant,Indis,hoſtes fudit,ac ſemel mille ac trecen-
tos eorum necauit, iterum ducentos ac nonaginta, tertium
ſexcẽtos,quartum mille & quadringentos, quintum multo plu-
res nemine amiſſo vnquam ſuorum, cui rei nihil ſimile è tota
antiquitate inter alienos à nobis proferri poteſt. Hæc Oſo-
rius lib.3. B

Almeida cum decem & nouem tantum naues haberet aduer
ſus centum pugnauit omni tormentorum, militumq. genere
inſtructiſsimas, in quibus erant octingenti Mamalucchi mili-
tes fortiſsimi à Sultano Aegyptiaco miſsi,cæſiſq. hoſtium qua-
tuor millibus, ſuorum triginta duobus duntaxat amiſsis victo-
riã reportauit. Hæc Oſorius lib.6.plura adferre potuiſſemus,
ſed hæc ad propoſitum ſatis eſſe nobis videntur.

At inquiet aliquis, effœminati, & imbelles erant iſti, qui-
buſcum noſtri pugnarunt. & quales quæſo milites Tigranis,
quibuſcum Lucullus eſt prœliatus, vt infra dicetur? an non hu- C
iuſmodi, vt Romanos puderet Strabone id teſtante, & in Lu-
cullo Plutarchus refert, quod aduerſas huiuſmodi mancipia
induiſſent arma? & quinam fuere illi,de quibus Cæſar Pompei
trophea deridens ad Senatum ſcripſit: Veni,vidi, & vici? qua-
les denique erant Perſæ,quos Alexander deuicit? An non igna-
ui,& imbelles?

Age verò conferamus hæc noſtra cum celeberrimis Græco-
rum,& Romanorum. Græci nobiliſsimas è Perſis victorias re-
tulerunt,quibus audent ſe cunctis ob eas præferre. Harum pri
mam ſunt adſecuti in campis Marathonijs aduerſus Darium D
Hyſtaſpis filium. In eius narratione mirum quàm ridicula pro-
diderit è Trogo Iuſtinus. ſcribit enim Perſarum ſexcenta mil-
lia ſtetiſſe aduerſus decem millia Athenienſium, milleq. Pla-
teenſes. cæſa adijcit è Perſis millia ducenta. & Cynegirum
quendam dextra appræhendiſſe nauim Perſicam fugientẽ,qua
amputata ab hoſte, inieciſſe ſiniſtram, quam cum ſimiliter ho-
ſtis truncaſſet, ore mordicus nauim tenuiſſe. Hæc ille. Atqui
Herodotus Græcus ſcriptor, qui refert ſe cum ijs locutum, qui
pugnæ interfuerunt,& nihil omittit,quòd faciat ad laudẽ Græ-
corum



A corum lib.6.ait,nõ millia ducenta, ſed ſex millia ac tercentum
duntaxat è Perſis interempta, ex Athenienſibus centum no-
naginta duos. Addit copias omnes Perſarum ſexcentis tri-
remibus vna cum ſuis equis aduectas, ita vt quiuis cognoſcat,
quando equi in nauibus erant, haud potuiſſe exponi militum
quinquaginta millia plus minus. Cynegyro,ait,dextram tan-
tum præciſam,dum puppim ſummam capere conaretur,atque
ob id occubuiſſe. cætera apparent eſſe fictitia. alioquin haud
ſiluiſſet.

Quocirca placet pro fabuloſo iſto Cynegiro referre, quod
B reuera contigit quinque Luſitanis, qui ſcapha inuecti cum fa-
cerent aquationem in flumine inſulæ Taprobanæ,ad oſtia con-
cluſi fuerunt à claſſe inimicorum maxima,multiſq. militũ mil-
libus inſtructa. & nihilominus illi eam mediam pertranſierũt.
cumque tres magnæ naues aſſecutæ eſſent ſcapham,eamq. op-
pugnarent,quinque illi in vnam ex eis inſilientes interfecerũt
centum quinquaginta viros,eamq. captam perduxeruntinco-
lumes Malacham, vbi conſeruatur ad memoriam poſteritatis
æternam; quod ſcribit Oſorius lib.12.

Alteram victoriam conſecuti ſunt Græci aduerſus Xerſem
C ad Platæas, cum ſcilicet ille decies centena hominum millia
armauit aduerſus Græcos, ponte Boſphorum iunxit, Athon
perfodit, perennia flumina exſiccauit, & Athenas euertit. ſed
quamuis tot milites adduxerit,quingenta tantum millia Mar-
donio reliquit pugnaturo aduerſus Græcos, idq. aſtu Themi-
ſtoclis deceptus. ſteterunt contra è Græcis centum millia, vt
lib. 11. bibliothecæ narrat Diodorus. Vnus itaque ex illis pu-
gnauit aduerſus quinque neque habet aliquid, quod cum no-
ſtris conferatur.

His proximæ ſunt Alexandri victoriæ. quarum prima eſt,cũ
D ad Granicum flumen eſt pugna commiſſa,in qua,vt refert Plu-
tarchus in vita Alexandri, adfuerunt illi, qui numerum mino-
rem dicunt,peditum triginta millia,equitũ quinque,qui maio-
rem, peditum triginta quatuor millia, equitum quinque tra-
dunt. Aduerſus eum pugnarunt ſi credimus Diodoro lib. 17.
equitum quindecim millia, peditum centum millia; ſic igitur
vnus erat pro tribus,aut quatuor. Arianus autem,qui in con-
ſcribẽdis Alexandri geſtis omnes à ſe ſuperatos eſſe gloriatur
lib.1. refert Perſis adfuiſſe equitum viginti millia, peditum to-
tidem, quocirca par vtrinque numerus prope erat.
Secunda

Secunda eſt,quam retulit in anguſtijs Amani montis,in quibus ait Arianus,nullus vſus equitum Dario fuit,atque ob id eſt victus. Habuit hic in acie quadringenta hominum millia, vt vult Diodorus, interfecta ſunt centum decem millia peditum, equitum decem millia, è Macedonibus perierunt equites trecenti,equites quingenti. Iuſtinus ait lib.11.è Darianis perempta peditum ſexaginta millia, equitum decem. & hæc igitur noſtris haud conferenda. A

Tertia fuit ad Arbelæ vicum, in qua ceciderunt è Darij militibus nonaginta millia, ex Alexandri quingenti, vnus pro quadraginta quinque. Arianus lib.3. ſcribit in hoc prœlio educta B
ab Alexandro in aciem equitum ſeptem, peditum quadraginta millia: Iuſtinus ait, à Dario producta peditum quadringenta,equitum centum millia. ſic vnus Alexandri miles ſtetit aduerſus vndecim.

Omnes has ſuperat,& quæcũque ab alienis proferri poſſunt, quam reportauit Lucullus è Tigrane, ita vt, referente Plutarcho dixerit Antiochus Philoſophus à Sole nunquam viſam parem; Liuius autem nunquã Romanos ſigna cum hoſtibus contuliſſe tanto numero inferiores: non enim victores æquauerunt vigeſimam partem inimicorum. ſtetit igitur, de ſentẽtia C
Liuij,vnus è Romanis aduerſus viginti, aut paulo plures. Habuit Tigranes peditum centum quinquaginta,funditorum, & ſagittariorum viginti, equitum quinquagintaquinque millia, è quibus erant cataphractorum decem & ſeptem millia;quibus tamen non erant armata femora,& crura. ſumma erat omniũ —
ducentorum viginti quinque millium. Appianus Alexandrinus ait, Lucullo adfuiſſe peditum decem millia, equites mille plus minus. Interfecta ſunt è partibus Tigranis peditum centum millia; equitum pauci effugere: è Luculli centum milites vulnerati,quinque occiſi. atque ita pro vno è Romanis perierunt hoſtium prope triginta millia. quòd tamen non æquat victoriam Theutonicorum in Moſchouitas,& Tartaros;è quibus centum millia ſunt perempta pro vno; neque, quam retulit Stilicho è Gothis,cum nemo è ſuis eſt vulneratus,neque ſimiliter,quas Corteſius,Pizarrus,Alburquecius,& Paciecus reportarunt. D

Atque hi ſunt conflictus, in quibus alieni à nobis cum ſuorũ pauciſsimis hoſtium maximas ſtrages ediderunt. in quibus,vt apparet nullo modo ij noſtris ſunt comparandi, atque idcirco noſtri



A noſtri longè fortiores antiquis, vereq. vates ille ſummum Catholicis robur futurũ deſignans ex oraculis Sybillinis, (quamuis inſcius aliò rem referret) nobis in bello noſtros Heroas, & Achillas cecinit ad futuros, Eclog.4.

*Alter erit tum Typhis, & altera, quæ vehat, Argo*
*Delectos Heroas; erunt etiam altera bella:*
*Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

B *Catholici domuerunt plurimas nationes, quas nulla vnquam gens vel bellicoſiſsima ex omni tempore potuerat edomare, ex quo fit catholicos longè omnium fortiſsimos dicendos. Cap. IIII.*

MVLTAE ſunt nationes, quas nullus vnquam populus,aut Rex potuit adijcere ſuis ditionibus, quamuis id ſint conati, & tamen Catholici ſub imperium ſuum miſere armis, & bellica virtute, quòd facit, vt hac parte cunctis
C præcellant.

Inter has primam ponere poſſumus ipſos Romanos. Nam cum Conſtantinus adhuc cathechumenus Britanniam, Galliaſq. ſolas bello poſt obitum patris adſecutus eſſet: at Romam cum reliquo imperio Occidentali Maxentius teneret Romanis quidem ciuibus inuiſus, quorum nonnulli Conſtantinum vocabant,non item militibus Romanis,& Italicis; Conſtantinus aduerſus Maxentium bellum mouit, ac ter in Italia cum maximis Italicorum, Romanorumq. copijs conflixit; primum quidem in campis Taurinorum, iterum Vero-
D næ, poſtremo ad pontem Miluium in conſpectu Vrbis anno 307.atque ita Romam cœpit.hæc Nazarius in Panegyrico,Zoſimus lib.2.Zonaras,& Cedrenus annalium tom.3.in vita Conſtantini,Eutropius lib.10.Euſebius lib.1.de vita Conſtantini.

Rurſus Theodoſius ſenior Orientis Imperator ad Aquileiã pugnauit cum Eugenio,qui Occidentale imperium occupauerat,copiaſq. innumeras è Romanis, Italis, gentibuſq. diuerſis conflatas ducebat iactans ſe Chriſti religionem ſubuerſurum. vicit Theodoſius. Romanos ab Eugenio ſtetiſſe ſcribit Zoſimus lib.4.ad finem,quamuis rem totam peruerſè narret. teſta-

tur tamen ibi Romanum Senatum noluiſſe, quamuis id expo- A
ſceret Theodoſius, à cultu Deorũ recedere, quod in cauſa fuiſ-
ſe ait idem, vt Conſtantinus Vrbe abſcederet, Conſtantinopo-
liq. imperij ſedem collocaret, nouam Romam vocãs, nouumq.
in ea Senatum conſtituens. Hæc ille ad medium libri ſecundi.
ſic à Chriſtianis Imperatores, copiæq. Romanorum ſunt de-
uictæ.

At inquies; imperantibus Chriſtianis, eſt imperium Roma-
I. Reſponſio. num euerſum. Reſpondemus primo loco id eſſe falſum. euer-
ſum nanque eſt, imperantibus hæreticis, Momyllo ſcilicet Augu-
ſtulo in Occidente, ac Zenone in Oriente hæreticis ambobus, B
vt ſcribit annalium tom. 3. Zonaras, & Paulus Diaconus lib. 15.

Secundo. Deinde addimus Italiam captam à Gothis, quod Imperato-
res ipſi ad hoc Gothos impulerint, ac miſerint. Zeno enim, qui
Orienti imperabat, & ad quem cura Occidentis pertinebat, mi
ſit Theodoricum Oſtrogothorum Regem, qui Italiam caperet,
& ſibi haberet, quod ille non tam vi, quàm ſceleſta fraude per-
fecit. quod referunt Procopius lib. 1. belli Gothici, Paulus Dia-
conus lib. 15. Iornandes lib. de bellis Geticis.

Tertio. Dilaceratum verò eſt imperium à Viſigothis, Vandalis, An-
glis, & Francis, non vi, & fortitudine militari, ſed incredibili C
perfidia, qua ſunt vſi in Imperatores Chriſtianos. Nam Theo-
doſius ſenior reliquit Honorio filio decenni tutorem Stilicho-
nem ſanguine Vandalico, & hæretico prognatum; hic vt para-
ret imperium Eucherio filio ſuo, & eriperet illud Honorio, Vã-
dalos, & Gothos ſuis ſedibus exciuit, in Galliamque, & Italiam
vocatos admiſit, vt omnia præſidijs nudata, quod eſſent in ip-
ſius adminiſtratione, occuparent. ſic Numatianus, Zoſimus,
Oroſiusq. illorum temporum ſcriptores, & Ioruandes libro de
rebus Geticis. Cum iam gentes iſtæ in viſceribus eſſent Ita-
liæ, & Galliæ fraudem cognouit Honorius; Stilichonẽ ſtrangu- D
lari iuſsit, pacemq. cum barbaris compoſuit. Alaricus præte-
xtu pacis Romam Gothos trecentos miſit, qui liberè, ac ſepa-
ratim nihil mali ſuſpicante vllo vagabantur, ac re compoſita
noctu portas aperuerunt, cæteroſq. Gothos, qui de improuiſo
aduolarant, introduxerunt. atque ita capta eſt, ac direpta Ro
ma. mox ijdem ſeceſſerunt in Gallias ex fœdere, Vandaliq. in
Hiſpanias, & in ijs locis quieti per aliquod tempus manſerunt;
donec Bonifacius in Africam miſſus falſis iniuriarum ſuſpicio-
nibus irritatus Vandalos ex Hiſpanijs in Africam vocauit; ij

contra



A contra fœdus cum ipſo ictum ciuitates multas occuparunt;
Carthaginemq. poſt pacem iterum compoſitam dolo cępere;
ac denique eiuſdem pacis ſimulatione Romam. quod in chro-
nico Caſsiodorus adnotauit, & Procopius lib. de bello Van-
dalico.

Franci ſimiliter Valentiniano permittente in Gallijs conſe-
dere, atque illas deinde cõtra iura fœderis de improuiſo ador-
ti occuparunt. Angli eodem modo acciti à Britannis amicitiæ,
ac ſocietatis prætextu per ſummum ſcelus inſulam ſubiecerũt,
Beda initio Anglicæ hiſtoriæ refert.

B Adijcimus eò tempore has prouincias hæreticorum plenas Quarto.
fuiſſe, quod proprio libro de prouidentia diuina teſtatur horũ
temporum ſcriptor Saluianus Maſsilienſis. ſpeciatim verò Hi-
ſpania Priſcillianiſtis abundabat, quod Seuerus Sulpitius re-
fert; Africa Donatiſtis, quod conſtat è ſcriptis S. Auguſtini; Bri
tannia Pelagianis, quod in vita Auguſtini Romani tradit Be-
da. nullam verò eximiam fortitudinem Catholicis eſſe fate-
mur cum pro hæreticorum plenis regionibus pugnant.

Denique iis imperantibus hæ prouinciæ in barbarorum po- Quinto.
teſtatem ſunt adductæ, qui in Pontificis Romani decreta con-
C tumaces Eccleſiaſticæ immunitatis, poteſtatis, ac libertatis iu-
ra omnium maximè imminuerunt, vt è Codice Theodoſiano
apparet tit. 45. cap. 3. lib. 9. & lib. 16. tit. 31. & 33. & in nouellis.
tit. 12. At Catholicis Regibus nullum robur inſigne attribui-
mus, cum ſint iniurioſi in Pontificias leges.

Secundo igitur loco deuictæ ſunt à nobis duæ nationes ex
omni tempore indomitæ Oſtrogothi, & Vandali, e quibus illi
duos Imperatores Romanorum peremerunt Decium ſcilicet,
Valentemque hæreticum: quin Vandali per multa ſæcula
eoſdem fatigarunt, Africæq. imperio per annos circiter centũ
D ſpoliarunt. vicit hos Iuſtinianus feliciſsimè primis annis, Van-
daloſq. omnino deleuit ad internecionem, cum Pontificis Ro-
mani, pietatiſq. Catholicæ ſtudioſiſsimus eſſet, vt ex ipſius lit-
teris ad Ioannem Papam datis apparet, quę ſunt in Codice tit.
de ſumma Trinit. & fide Catholica. Sed cum recepta Italia de-
ſciuiſſet à ſemetipſo, Syluerium Papam Roma expuliſſet, ac ſe-
de Pontificia, Vigiliumq. illi ſubſtitutum Conſtantinopolim
captiuum duci iuſsiſſet, & in carcere multis iniuriis diuexatũ
detineret, tum Roma penè euerſa, Italia fœdiſsimè eſt vaſtata
per Oſtrogothos, qui tamen ad extremum victi, necatiq. aut

C 2 capti

capti omnes, vt liquet è libris Procopij de bello Gothico, & A
Vandalico.
Tertio loco ſunt Germani cunctis antea ſæculis indomiti.
licet enim multi Imperatores Romanorum plurimis Germa-
nos prœlijs attriuerint, nunquam tamen ſub imperium ſuum
mittere omnino potuerunt. Atque hoc eſt, quòd maximè Ta-
citus libro de moribus Germanorũ demiratur, à Romanis im-
perio coërcitos Britannos toto Orbe diuiſos, extremos ſimi-
liter Hiſpanos, ac longiſsimè poſitas ad Orientem, Auſtrumq.
gentes, ipſos Thracas, Dacos, Pannonasq. ad Aquilonem, Ger-
manos verò in ipſis Italiæ confinibus poſitos ab ipſis vnquam B
domari haud potuiſſe. Alexander eorundem ſuperba reſpon-
ſa, quibus iactabant ſe nihil aliud timere, niſi vt cælum rueret,
ipſosq. opprimeret admiratus, attingere noluit. & hos tamen,
quos nulli Imperatores Romanorum, nullæ quamuis pugna-
ciſsimæ gentes in ſuam ditionem redigere potuerunt, vnus Ca
rolus Magnus multis prœlijs domitos ſubiecit, regnumq. inter
eos nobiliſsimum fundauit, quod ad nepotes, ac poſteros ſuos
tranſmiſit, vt è Rheginone apparet.
Quarto, ſunt innumeri populi Scythiæ Europeæ à nullis vn-
quam Regibus, aut gentibus ſub imperium miſsi, niſi à Catho- C
licis. ac tales ſunt Hungari, Sarmatæ, Poloni, cunctiq. Daniæ,
qui olim Cymbri, ſiue Cymerij vocabantur, Noruegiæ, Suetiæ,
Pruſsiæ, Liuoniç, ac denique totius Septentrionis mortales, qui
Scythiæ Europeæ ab antiquis aſcribebantur. Conatus eſt qui-
dem Darius Hyſtaſpis filius eos ſubijcere, ſed infecta re profu-
gere eſt coactus, vt Herodotus lib. 4. refert. Tranſgreſſus eſt
ad eos Seſoſtris, & in eorum terra titulos collocauit, ſed illos
imperio tenuiſſe nullus aſſeuerat. Contra autem Scythæ Eu-
ropei ex Europa in Aſiam tranſierunt, in poteſtatemq. addu-
xerunt Mediam, reliquamq. Aſiam, quam multos annos tenue- D
runt, vt lib. 1. Herodotus refert, & Iuſtinus 2. Quin ab ijs profe-
ctos Troianos, Phrygas, Bythinos, multosq. in Aſia populos
vult lib. 7. Strabo.
Hos igitur ex omni antiquitate inuictos populos Catholici
Reges domuerunt, eorũq. Reges ſibi tributarios reddiderunt.
Nam Daniæ, Hungariæ, Poloniæ, Pomeraniæ, Rugiæ, Bohœmiç,
Slauorumq. gentes innumeræ propè Balthicum mare ſitæ, &
ab Imperatoribus, Regibusq. Germanis deuictæ ſunt, & tribu-
tum pendere cum ſuis Regibus, & Principibus coactæ; quod te-
ſtatur



A ſtatur de Polonia, & Slauia Helmoldus lib. 1. c. 1. annalium Sla-
uicorum, Ottho Friſingenſis lib. 6. cap. 28. de Hungaria Her-
mannus Contractus in chronico ſuo ſub annum 1045. & 1047.
de Dania Friſingenſis lib. 2. de geſtis Friderici cap. 5. à quo non
diſſentit patrius Daniæ, ſiue Cymbricæ Cherſoneſi ſcriptor Sa-
xo lib. 14. notiſsimum porro eſt cunctis, qui vel primoribus la-
bris hiſtorias Germanorum deguſtarunt à Theutonicis mili-
tibus Pruſsiam, Liuoniamq. ſub actas. Vendicarunt autem ſe
in libertatem populi, Regesq. Septentrionis ab Imperatoribus
Germanis, ex quo Fridericus ſecundus Pontificiam poteſtatem
B conatus eſt omnino extirpare, nec modo ſe in libertatem vindi
carunt, ſed finitimos præterea populos Septentrionis imperio
ſuo adiecerunt; ac nobiliſsima regna, & qualia ex omni totius
antiquitatis tempore in ijs locis non memorantur, excitauere.
Apparet itaque fuiſſe Catholicos omnium gentium fortiſsi-
mos, quando toti antiquitati, Regibusq. omnium potentiſsi-
mis indomitas gentes, & domare potuerunt, & imperio conti-
nere. quod eò magis eſt mirandum; quod Scythiæ Aſiaticæ po-
puli, qui cõmuni nomine nunc Tartari dicuntur, & in ipſas Scy
thia Aſiatica morantur, à nullo vnquam ſubijci potuerunt, ſicut
C à Catholicis ſubacti ſunt Scythæ Europæi.
Quinto loco ſunt igitur iſti Tartari, qui ſub annum 1240. ex
Aſiatica Scythia mouentes Aſiam totam ſibi parere coegerũt,
Perſis, Turcis, Medis, Bactris, Parthis, Indis, atq; extremis de-
nique Seribus deuictis; inter quos potentiſsima regna excita-
runt, ac per annos plurimos tenuerunt; vt latè proprio libro
proſequitur Hayto Armenus, Marcus Polus Venetus, horumq.
meminerunt Gregoras Græcus lib. 7. & multis in locis Ioan-
nes Villaneus. Cum vero ex eadem natione fortiſsimi Duces
cum copijs immenſis in Poloniam, & Hungariam peruaſiſſent,
D eaſq. triennium prædationibus, & incurſationibus fœdaſſent,
Moſchouiamq. Græcanicis hæreſibus addictam ſubieciſſent,
ad extremum tamen ab Hungaris deuicti omnes, conciſiq. fue
runt, vt Cromerius, & Bõfinius tradunt. Quibus igitur in Aſia,
quanta quanta eſt, nulli populi quamuis robore bellico præſtã-
tes, in quibus Turci erant, aduerſari potuerunt, ſic obſtitere ijs
catholici Reges, vt quicumq; in eorum regiones auſi ſunt, licet
immenſos exercitus ducerent, penetrare, fuerint eodem tem-
pore à noſtris deleti.
Sexto ſunt quilibet populi rei militaris excellentia præſtan
tes,

tes, qui à Regibus catholicis ad extremum domiti ſunt, ac de- A
uicti; modo Reges iſti catholici pro terris hæreticorũ plenis,
aut Regibus hæreſi addictis haud pugnarint. Inter hos autem
populos deuictos ſunt Perſæ, ac Parthi de quibus infra agemus.
Sequuntur hos Saraceni, qui regnante in Hiſpania Roderico
Hiſpanias occuparunt. Hic vna cum Vitiza, qui ante ipſum
Rex fuit, ab obedientia Pontificis Romani deſciuerat; ipſorũq.
permiſſu licebat cuilibet ordinibus ſacris initiato vnã plures-
ue vxores ducere, ac vetitum fuerat omnibus appellare ad Pō
tificem Romanũ. quæ teſtantur Rodericus Toletanus, ac San-
ctius in hiſtoriis ſuis. Ab iiſdem capta eſt Sicilia, Sardinia, non- B
nullaq. Apuliæ, & Calabriæ loca, cum parerent iis temporibus
Michaeli Balbo, & Leoni Iſaurico hæreticis, vt annalium to-
mo 3. in vita ipſorum ſcribunt Zonaras, & Cedrenus. & Sarra-
ceni quidem, qui Hiſpanias occuparunt ſic à Regibus catholi-
cis sũt deuicti, vt anno 1216. nemo foret in Hiſpania Princeps
Saracenici nominis, alioquin Mahometi addictus, qui tribu-
tum Ferdinando III. Caſtellæ Regi non penderet. ſub imperiũ
deinde ſic miſſi ſunt omnes, vt ex Hiſpania vel fuerint expulſi,
vel Chriſto nomen dederint Ferdinãdo V. regnãte anno 1492.
Qui vero occuparũt Siciliam victi ſunt à Roberto Guiſcardo, C
ac fratribus, & filijs eius catholicis, vt narrat in hiſtorijs ſuis
Fazelus, qui denique Sardiniã, à Genuenſibus, & Piſanis. ſic igi-
tur Saraceni, qui aduerſus hereticos Reges inuicti fuerũt, ijdẽ
ſunt à catholicis omnino victi, & ſpoliati ſuis olim regnis.
Quodq. ſit maximè obſeruandum, catholici tantum terrarum
Mahometanis eripuerunt in Europa; quãtum Turci Mahome-
tani eripuerũt in eadem Europa Græcis hæreticis. eripuimus
nos ijs Hiſpaniam, Baleares, Sardiniam, Cretam, Cephalenẽ,
Zacynthum, Siciliam, Italiæ, adde Africæ etiam loca quædam:
Græcis illi, & hæreticis abſtulerunt ipſam Græciam, Cycladas,
Daciam, Myſiam, Illyrium, Pannoniæ, Dalmatiæq. partem.

Si quis igitur obijciat nobis Turcos, dicatq. ab illis nos bel-
lo ſuperari, ac proinde nobis eſſe fortiores, Reſpondemus.

Primo loco, nihil adhuc à Turcis occupatum fuiſſe è regio-
nibus noſtris, quod hæreſibus non fuerit contaminatum, ita vt
quamuis anno 1526. Solymanus ad Mochazum fudiſſet Hunga
ros; Ludouicuſq. Rex aufugiens in palude demerſus obijſſet,
cum nonniſi triginta hominum millia plus minus in aciem pro
ducens auſus fuerat non expectatis aliorum copiis ſigna con-
ferre



A ferre cum quadringentis Turcorum millibus, tamen Hungari-
cæ ditioni nihil deperierat, niſi ex quo in Hungariam peruaſit
hæreſis Lutherana, annoque 1542. Solymanus eſt ab Iſabella
Regina accerſitus, melioremq. illius regni partem tranſtulit
in ſuam poteſtatem. quamobrem non nobis, ſed hæreticis Tur-
ci fortiores.

Videmuſq. numquã congredi audere nobiſcum pari nume-
ro, quod ſciant, ſe robore bellico inferiores, ſed incredibili mul
titudine exercitus aduerſus nos expediunt.

Et quamuis fuſi ſimus aliquando ab illis ob innumeras eorũ
B copias, dum pro hæreſum plenis terris pugnamus; maior tamẽ
ſemper eſt eorum cædes edita, quam noſtrorum, quod eſt om-
nibus notum.

Cumque manus conſeruimus cum illis, neque pro hæreticis
bella geſſimus nobiliſſimas ex eis victorias retulimus. Nam
quis ignorat, quas adſecuti ſunt Ioannes Huniades, Matthias
Coruinus, alijq. Hungariæ Duces, cum nulla hæreſis in Hunga
ria foret. quis potentiſſimam Turcorum claſſem ad Echinadas
Pio V ſedente profligatam?

Turcos vero iſtos, antequam Græci deſciſcerent omnino à
C nobis, catholici non modo vicerunt, ſed ſub annum 1096. cũ no
ſtri in expeditione ſacra traieciſſent in Aſiam, bis eorum exer-
citus fuderunt, quorum alter conſtabat è tercentum ſexaginta
millibus armatorum, qui ferè omnes occiſi, alter è centum mil
libus equitum, peditumque multitudine infinita vt Robertus,
qui bello interfuit, narrat. eripuimuſq. illis Aſiam totam vſque
ad extremos Armeniæ fines, & Euphratẽ, quæ reddita eſt Græ-
cis, excepta Syria, vt idem tradit, ac poſt eum Guglielmus. Ty-
rius, & Gregoras Græcus lib. 4. cumq. per annos ducentos no-
ſtri continuarint ea bella, fregerintq. eorum vires, numquam
D Turci potuerunt per illud tempus reſurgere, quamuis Græci
nihil non mali in nos molirentur, quæ ſuis exprobare haud ve-
rentur ipſi Græci Scriptores, & in his Coniatas lib. 7. rerum à
Manuele Comneno geſtarum, & lib. 11. Iſaacij Angeli.

Sed poſtquam Michaëli Paleologo Imperatori, qui fidem
Catholicam pro virili inter Græcos amplificare eſt conatus,
defuncto Andronicus eius filius ſepulturam negauit: Græciq.
omnes communi decreto ab Eccleſia Catholica defecerunt,
eo ipſo tempore circiter annũ 1300. rurſus Aſiam per noſtros
recuperatam non modo Turci occuparunt; ſed Othomanum
ſibi

ſibi Regem crearunt ad extremam Græcorum perniciem, vt A lib.6.& 7.Gregoras narrat.

Ita verò futurum Græcorum rebus adhuc florentibus in Europa, prædixit Brigida ſanctiſsima fœmina, aſſerens id euenturum ob hæreſes eorum.

Ex his patet bellicoſiſsimas quaſque nationes,& ex omni tẽpore indomitas, à nobis tamen eſſe victas, ac vinci; cum nõ pugnamus pro regionibus hæreſi contaminatis (niſi magno noſtrorum ſtudio repurgari illæ poſsint) iuſtamq. cauſam fouentes Pontifici Romano ſumus obſequentes, ac proinde nos omnium fortiſsimos eſſe in bellis. B

Haud negamus tamen occulto Dei iudicio contingere interdum, vt cui ſanctior eſſe cauſa videtur, ſuccumbat; quod euenit Hebræis pugnantibus,& quidem de ſententia Dei aduerſus tribum Beniamim. Verum nos decernimus, quod plerumque accidit, exitumq. rei ſupremum ſortitur. Non enim bene victor, niſi qui ad extremum reportat vltimam victoriam. Galli anno conditæ Vrbis 363. illam cœpere,& euerterunt. mox eiecti, ac fuſi varijs euentibus per annos tercentum cum Romanis bella geſſerunt. donec anno 695. Gallia decreta eſt C. Cæſari, qui eam ſpatio annorum nouem redegit totam in poteſtatem. C exitus itaque poſt annos tercentum intra annos nouem declarauit eſſe fortiores Romanos. cum contigerit, quod Brigida prænunciauit, vt Græci,& hæretici huiuſmodi confracti ærumnis,& contuſi agnoſcere qualitercunque crimen ſuum poſsint; tunc, inquit illa, eſt futurum, vt Deus eos reſpiciat; ac Turci, vel ſuccumbant omnino, vel manus dent Chriſto.

### *Ex amplitudine regnorum, quæ noſtri ſibi armis acquiſiuerunt, colligitur nos omnium fortiſsimos ſemper extitiſſe. Cap. V.* D

IAM verò cum ſint omnium fortiſsimi vocandi, qui bello ſibi omnium latiſsima imperia compararunt, hinc profectò fiet noſtros eſſe omnium fortiſsimos quibus ampliſsima omnium plerumque imperia ſemper fuerunt bellico robore parta poſt Conſtantinum: ex quo ſcilicet adfuit nobis, cui fuerit auctoritas publica indicendi belli iuſtas ob cauſas. Vt autem, quod aſſerimus





A rimus euidentiſsimum fiat, aſſeremus in medium Regum ſucceſsiones illas, quibus maxima terrarum ſpatia paruiſſe vnquam ſcribantur.

Atque vt omnia ſint apertiora, neque locus vllus dubitationis relinquatur, explicabimus hic, quanta ſit vniuſcuiuſq; Prouinciæ longitudo, ac latitudo. ſic enim ſciemus, quod imperiũ ſit alteri æquale,& quodnam maius, aut minus. & quando vel Scriptores inter ſe variant, vel diuerſa interdum pro temporũ diuerſitate confinia regionum fuerunt, nos earum terminos aſcribemus, mediamq. inter auctorum diſſenſiones viam ſeque-
B mur, quod etiam ſeruabimus in varijs quorumlibet locorum dimenſionibus tradendis; nam cum longè illa, lateq. protendantur, modo fines eorum coanguſtantur, modo autem dilatantur,& nos igitur in his neque breuiores, neque ampliores fines aſcribemus, ſed medios proponentes in ſingulis, quæ ſint maiores, aut minores amplitudines terrarum non aberrantes à veritate diſpiciemus. noti porro ſunt, qui Geographi hæc litteris mandarunt exactius, è Priſcis quidem ſolus eſt Ptolomæus, qui gradus deſcripſerit, è recentioribus Ortelius, Mercator, Phineus, Caſtaldius. incipiemus itaque ab extrema Europa, vt
C ſolemus; longitudinemq. vocamus ab ortu in occaſu, latitudinem contra ab Auſtro in Septentrionem.

Hiſpaniæ media longitudo eſt graduum decem, latitudo ſexdecim.

Galliæ intra Rhænum, vltimosq. Heluetios,& alpes longitudo vndecim, latitudo decem.

Germaniæ intra Alpes Rhæticas,& mare Balthicum, Rhænumque,& Viſtulam longitudo eſt graduum tredecim, latitudo duodecim.

Italiæ intra alpes,& vtrumque mare longitudo eſt graduum
D duodecim, latitudo duorum, ac dimidij.

Corſicæ longitudo vnius ac dimidij, latitudo duorum.

Sardiniæ ſimiliter vnius ac dimidij, latitudo trium.

Siciliæ longitudo, ac latitudo duorum.

Iſtriæ, Liburniæ, vtriuſq; Pannoniæ, ac Daciæ longitudo quindecim, latitudo trium cum dimidio.

Græciæ adnumeratis Illyrio, Theſſalia, Macedoniaq. longitudo eſt quatuor, latitudo ſeptem.

Mauritaniæ, Libiæ, Numidiæq. habitabilium longitudo eſt quadraginta, latitudo quatuor.

Cyrenes, & Aegypti intra Syenem, Caſium montem, mare, A ac deſerta, longitudo eſt ſexdecim, latitudo duorum.

Aſiæ vſque ad Euphratem longitudo eſt ſexdecim, latitudo ſex ſecluſa Iberia, Colchide, Arabia, & Cæleſyria.

Ab Euphrate ad Indum ſunt gradus quadraginta quinque longitudinis, ſecluſis autem Bactris, & Hircano mari ſunt latitudinis gradus ſex.

Atque hæc ſunt illa loca, quæ veniunt in comparationem, ſi regna regnis quoad amplitudinem conferantur. hæc enim maximis imperijs Aſſyriorum, Aegyptiorum, Perſarum, Græcorumq. ſubiecta fuerunt. Deinde pleraque Romanorum ſiue fuerint à nobis alieni, ſiue nobiſcum ſenſerint poſt Conſtantinum. B poſt hos autem reliquorum, de quibus eſt ſermo: vt cognoſcamus quibus fuerit vis maior ſiue ad acquirenda, ſiue ad tuenda. ſed in his eſt illud etiam conſiderandum gradus latitudinũ quibuslibet terris eſſe æquales ab Arcto in Auſtrum, longitudinum verò ijs tantum locis, qui cæli eodem tractu continentur. alioquin ſunt maiores ijs, quæ propius accedũt ad æquinoctialem circulum. & ſuperiores quidem, vt nonnulli volunt, conficient milliaria ſeptuaginta. at alij plura, vel pauciora, quò magis, aut minus abſunt ab æquinoctiali plaga. Quocirca poſſumus in vniuerſum definire. C

Hiſpaniam magnitudinis eſſe maioris, quam terras omnes Aſiaticas, quæ ſunt ab Helleſponto vſque ad Euphratem non adnumerata Cæleſyria, & Colchide. Nam cum ſit Auſtralior Hiſpania, quam loca hæc Aſiæ, gradus longitudinis in Hiſpania continent plura milliaria, quam in regionibus his Aſiæ. At nos Hiſpaniæ diximus eſſe gradus decem longitudinis, ſexdecimq. latitudinis. Aſiæ verò ſignatis oris gradus longitudinis ſexdecim, latitudinisq. ſex. Hinc fit Hiſpaniæ totius Reges latius dominatos, quam ſiqui ſunt in Aſiæ terris adductis dominati. D

Similiter apparet Hiſpaniæ totius ampliores eſſe ditiones, quàm fuerint Aegypti, & Cyrenes, cui longitudo eſt ſexdecim, latitudo duorum, quòd eſt à nobis adnotatum.

Eiuſdem præterea Hiſpaniæ cõſtat ex allatis eſſe latiora regna, quam Græciæ, Illyrij, Theſſaliæ, ac Macedoniæ ſimul; cum ſint his locis gradus longitudinis quatuor, latitudinis ſeptem.

Amplius liquet Hiſpaniæ amplitudinem non longe abeſſe ab amplitudine Lybiæ, Numidiæ, ac Mauritaniæ habitabilium,

nam



A nam quamuis quadruplo maior ſit his locis longitudo quam Hiſpaniæ, huic tamen quadruplo maior eſt latitudo, quam terris illis. Hoc intereſt, quòd harum longitudo pluribus milliaribus conſtat, quàm longitudo Hiſpaniæ, ſed non multo ſanè pluribus.

Rurſus apparet regiones, quas ab Aegeo mari terminant Euphrates Hircanum mare, Bactri, & Indi, eſſe duplo ampliores, paulo minus, Hiſpania, cum ſint illis gradus longitudinis quadraginta quinque, latitudinis ſex. Quamobrem, cum Magnus Alexander ab Illyrio ſcribatur proceſsiſſe vſque ad Indũ, B continueritq. imperio Aegyptum, & Cyrenem quadruplo latius regnauit, quam totius Hiſpaniæ Reges. at Nabuchodonoſorus, paulo præterea amplius, quam Magnus Alexander, cum ſubiecerit Hiſpanias ipſas, quamuis non ſit progreſſus in Aſia vltra Armeniam. Atque hæc quidem de Hiſpania ſola, ſed tota. nunc ad Gallias veniamus.

Galliæ vt Pyrineis, Alpibus, ac Rhæno terminantur ſunt Hiſpanijs anguſtiores, ſi latitudinem conſideremus tertia parte, & amplius, ſiue ſeſqui altera; ſi longitudinem, nulla. nam quamuis his ſint gradus decem longitudinis, at verò illis vndecim, C tamen cum Borealiores ſint Galliæ, ſunt etiam, quod aduertimus, breuiores ipſis longitudinis gradus.

Idemq. iudicium de Germania, vt eius confinia poſita fuerunt à nobis, eſt faciendum.

Horum ſingulis quadruplo ferè minor eſt Italia; cum pateat in longitudinem gradus duodecim, in latitudinem duos, ac dimidium; cui ſi annumeretur Sicilia, Corſica, Sardiniaq. duplo.

At verò Iſtriæ, Lyburniæ, vtriuſque Pannoniæ, & Daciæ paulo maiora ſunt ſpatia terrarum, quam terris Italiæ: nam quãuis longitudo ſit illis maior in graduum dinumeratione, anguſtio- D res tamen ſunt gradus, quod magis ad Aquilonem vergant. His poſitis ad amplitudinem regnorum conferendam veniamus.

Aſſyrij dicuntur omnium primi latiſsimè dominati. Sed hi tamen, vt ait Dionyſius Halycarnaſſeus initio hiſtoriarum ſuarum tenuerunt Aſiæ modicam partem. & ſanè neceſſariò ſic eſt dicendum, vt capite ſequenti aperietur. omnium reuera inter ipſos maximè imperauit Nabuchodonoſorus, ſed is tamen in Aſia ad Indos non peruenit, neque proceſsit vltra Armeniam, vt è Megaſthene refert lib. 15. Strabo; in Europa Hiſpa

 niam

niam tenuit,in Africa Cyrenem,& Lybiam. primaſq. Aethyopum terras. quæ tradunt Ioſephus lib. contra Appionē ſecundo. Euſebius lib.9.de præparatione Euangelica. A

Aegyptij ſimiliter ampliſsimè ſcribuntur Imperaſſe. Nam Zethus,ſiue Zethoſis,aut Thoſſus, vt vocat eum S. Theophilus, Phœnicas, Cyprios, Medos, Aſſyrios adduxit in poteſtatem. Scribit hoc Manethon apud Euſebium lib.2.contra Appionem. Rhampſes eodem modo aſſeruit in inſcriptione obeliſci Thæbei, quod refert lib. 11. annalium Tacitus ſe dominatum Lybiæ,Aethiopię,Medis,Perſis,Bactris,Scythis,Armenis,Cappadocibus,Lydis,Bythinis. At Seſoſtris in Aſia paulo vltra Gan- B gem proceſsit,quòd non contigit Alexandro Magno,& Nabuchodonoſoro,vt vult Diodorus lib. 1.antiquarum rerum cap. 1. in Europa Thracas vicit, & Scythas, in Africa vſque ad oſtia Diræ in mari rubro peruenit. Sed neque hunc ad Indos perueniſſe refert è Megaſthene idem Strabo.

Aethyopes etiā ferūtur latiſsimè dominati,& inter hos Tarachuscuius eſt mentio 4.Reg.c. 19. Iſaiæ.c.27. Hunc Strabo lib. 15.è Megaſthene ait,vſque ad Herculis columnas penetraſſe.

Sed omnes hi reuera,excepto Nabuchodonoſoro potius Orbem ſunt peruagati cuncta armis peruadētes,obuioſq. vincen- C tes, quam fundarint imperia. hinc nihil ad poſteros leguntur tranſmiſiſſe.

Perſæ poſt hos imperarunt ab Indo vſque ad fines extremos Aegypti, ac prima Zonæ torridæ loca tunc inhabitabilia, Scythas fugarunt, non etiam ditioni ſuæ potuerunt ſubijcere, ita vt in Europa nihil potuerint ſtabile potiri, quod diſcimus ex Herodoti lib.4.ſic itaque in Europa,& Africa nihil habuerunt. Sed neque ab his Indi deuicti, vt eodem libro è Magaſthene refert Strabo. omnino autem ſic eſſe, illud conuincit, quòd Creſias,qui Perſarum res poſt Herodotum ſcribit, & in Perſia fuit, D fabuloſiſsima,& apertè falſiſsima de Indis ſcribit. non ſcripſiſſet autem,ſi res Indorum Perſis cognitæ fuiſſent.

Græci Alexandro regnante Aſiatica regna acquiſiuerunt vſque ad Indum,in Europa verò Macedoniæ,Græciæq. nonnulla loca,Illyrium,Thraciam,Pannoniam,Triballorumq. terras, in Africa nihil. vltra Indum non proceſsiſſe Alexandrum prodit lib. 6. Arianus diligentiſsimus ſcriptor è commentarijs Ptolomæi Regis,qui rebus geſtis interfuit,& Strabo lib.5.mentiuntur itaque Curtius, Diodorus, & qui hos ſequuntur, nihil

enim



A enim certius teſtimonio Regis Ptolomæi.

Romani cūctos hoſce ſuperiores amplitudine imperij vicerunt. Nam poſſedere in Europa, Africa, & Aſia quidquid eſt intra Rhænum,Danubium,Colchorum, Iberumq. cōfinia, Euphratem,deſerta Arabiæ,& Aethyopiæ,Atlantem montem, & Oceanum. ſic latè diſſerit cōferens multa eorum,quæ diximus initio Hiſtoriarum ſuarum Dionyſius Halycarnaſſeus, & Appianus in Lybico. Nam licet Romani non ſint progreſsi plerunque vltra Tigrim, & Alexander peruenerit vſque ad Indū; Seſoſtris ſit eodem progreſſus, totus ille tamen tractus, qui Ti- B gri,& Indo includitur non eſt tantus,quātæ ſunt regiones, quibus in Europa dominati ſunt Romani,& quas illi neque attigerunt. Ex his verò omnibus nemo conſtitit in locis torridæ Zonæ,quod ijs temporibus eſſent inhabitabilia,nullus Arabiā poſſedit,vt tradit Herodotus lib.3. Diodorus lib.2. antiquarum rerum cap.12. Scythas aliquos aliqui vicerunt, ſed imperio continere nunquam potuerunt. vt poſt alios tradit Iuſtinus lib.2.

Saraceni præter hos latiſsimè viſi ſunt imperare. Nam tenuerunt in Aſia,quidquid eſt cis Parthos,Carmanos,Hyrcanū mare, Colchorum fines,Arabiam præterea potiti ſunt, Africæ C quantū Romani, in Europa aliquādo Hiſpanias, Baleares, Siciliam, Sardiniam. Quocirca & hi non æquant Romanos, ſed multis partibus ſunt inferiores. quamuis enim tenuerint Arabiam,& quod eſt intra fines Carmaniæ, Parthorumque, & Tigrim, id tamen eſt longè minus, quam reliquum Europæ, quod Romani habuerunt. Adde ab his non omnem Arabiam deuictam, ſed quod eſt cis fœlicem.

Turci nunc ampliſsimè inter alienos à nobis dominantur. ſed his multo anguſtius eſt imperium, quam fuerit Saracenis. Non enim paret illis in Africa Numidiæ, vel Mauritaniæ vlla D regio; & vltra Aſſyriam nihil tenent. Quod in Europa poſsident,par videtur ijs locis,quæ Saracenis obediebant. quæ omnia è tabulis Geographis optimè dignoſci poſſunt.

Hæc ſunt igitur omnium latiſsima imperia,quæ contigerūt alienis à Catholica religione. Nunc oſtendamus aut æqua omnino,vel propè nobis fuiſſe,aut noſtra longè ampliſsima,& maiora, vt nunc etiam ſunt. & quando recenſuimus octo imperia huiuſmodi, nunc totidem noſtra his opponamus; Regumque octo ſucceſsiones.

Et tamen longè impar eſt comparatio. Haud enim mirandum

dum

dum ſi poſt Orbem conditum tam lata aliquibus imperia con- A
tigerunt ſupra annorum quater mille ſpatium in vniuerſa ter-
ra. At Catholici cætum ſuum conſtituerunt ab illapſu Spiritus
ſancti in Apoſtolos annis iam mille quingentis ſexaginta dun-
taxat labentibus; & nihilominus, vt videbimus, ſuperant hac
parte nationes cunctas.

Prima eſt igitur ſeries Imperatorum, quibus vtrumque im-
perium Romanorum contigit Orientale, & Occidentale. Hi
fuerunt Conſtantinus, Conſtantius quandiu nobiſcum ſenſit,
Iouinianus, Valentinianus, Gratianus, Theodoſius ſenior. Vt
autem ſciamus quanta his fuerit amplitudo imperij, ſciendum B
in ipſis Romani imperij ditionibus fuiſſe diu Reges aliquot,
qui Romanorum ſocij dicebantur, neque illis erant ſubiecti. ac
nè longè abeamus, imperante Nerone, erat adhuc in Italia
Rex Alpium Cottiarum, quem Nero de medio ſuſtulit; impe-
rante Tiberio Archelaus in Cappadocia, qui tũ deiectus eſt. Ve
ſpaſianus inſulam Vectim Britanniæ proximam Romano adie-
cit imperio; idem Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Sa-
mum, Thraciam, Ciciliam Thracheam, Comagenem, quæ ſub
Regibus amicis erant, in prouinciarum formam redegit, quod
Eutropius teſtatur; Traianus Daciam Romanis acquiſiuit, Ar- C
meniamque, Aſſyriam, & Meſopotamiam cum quadam parte
Arabiæ, quamuis Hadrianus tres ſuperiores prouincias dimi-
ſerit, Euphratemq. imperij Romani finem conſtituerit; ſed re-
ceperunt Antoninus Pius, ac Septimius Seuerus. Conſtantinus
itaque deuictis Maxentio, & Licinio imperium cunctis, quas
recitauimus ditionibus amplificatum ſuſcepit, & in maxima
pace per multos annos adminiſtrauit, nullamq. illi prouinciã
Tyrannus vllus occupauit. quod ſuperioribus ante ipſum Im-
peratoribus rarò accidit, ita vt Gallienis imperantibus trigin
ta Tyranni varijs in locis propè cunctas imperij prouincias in D
ſuam poteſtatem adduxerint. quod proprio libro perſequitur
Trebellius Pollio. Quamobrem verè aſſeri poteſt, Conſtantinũ
latiſsimè omnium, qui fuerint ante ipſum, regnaſſe, quando ini-
uit imperium ſæculo illo, quo magis, quàm prius longè lateq.
portendebatur. Eum ſequuntur cæteri, quos recenſuimus, Im-
peratores.

Secunda eſt Imperatorum Occidentaliũ, quibus paruit Mau
ritania, Numidia, Africa, quidquid eſt in Europa cis Rhænum,
Danubium, Illyrium, & Mœſiam, nempè Hiſpania, Gallia, Italia
cum



A cum ſuis inſulis, Britannia, Pannonia, Iſtria, Liburnia, Rhætia,
Carnia. quod aſſequitur ſuperiorum Regum, qui noſtram reli-
gionem non coluerunt, latiſsimas ditiones, aut exiguum eſt in-
ter iſta diſcrimen.

Tertia eſt Imperatorum Orientalium, quibus obediebant
Illyrium, Thracia, Dacia, Mæſia, Græcia cum ſuis inſulis, quid-
quid eſt in Aſia vſque ad Euphratem, Aegyptus, Cyrene, & A-
rabiæ nonnullæ regiones. Imperante deinde Iuſtiniano vſque
ad Conſtantem Heraclij nepotẽ paruerunt Imperatori Oriẽ-
tali Lybia, Mauritania, Numidia, & vſque ad Michaelem Bal-
B bum Sicilia, & Sardinia, denique Italiæ magna pars vſque ad
annum 1042. Apulia nimirum, & Calabria, quas Normanni oc
cuparunt. ſic igitur in Europa plures terras habuerunt, quam
Magnus Alexander, cui non fuit ſubiecta Attica, Theſſalia, Epi
rus, Achaia, Peleponeſſus, Cyclades, Euboea, Salamin, Rhodus,
Creta, Corcyra, Zacynthus, Cephalene. ab iſtarum namque re
gionum populis Dux belli eſt electus aduerſus Perſas, non etiã
Rex cõſtitutus, vt habet Diodorus lib. 16. & quãuis nihil fuerit
Imperatoribus Orientalibus ab Euphrate aut Tygri ad Indũ.
loco huius, præter eas, quas in Europa diximus regiones, fuit
C Numidia, Mauritania, Lybia. Igitur hoc imperium Turcico, &
Saracenico maius, & Alexandri ditionibus æquale. Nam Turci
non poſsident Numidiam, Mauritaniam, Siciliam, Sardiniam,
vel Italiæ vllam partem; Saraceni nihil in Græcia, Thracia, Illy
rio habuerunt, in Italia nonnullas duntaxat per exiguum tem
pus Vrbes.

Quarta eſt Regum Gallicanorum Pipini liberis Imperanti-
bus; quibus paruit, quidquid eſt in Hiſpania ab Ibero amne dẽ-
pta Aſturia, Galliciaque: paruit etiam Gallia, Italiæ maxima
pars vſque ad Apuliam, & Calabriam, Iſtria, Liburnia, Panno-
D nia, Dacia, Germania, vſque ad Oceanum, & Viſtulam fluuium
quòd refert in vita Caroli Magni Eghinarthus eius ſcriba.
Hoc igitur imperium Saracenico, ac cæteris non videtur in-
ferius.

Quinta eſt Regum Germanicorum, ſub Otthone Magno ac
plurimis ſequentibus; quibus Noricum, Carnia, Rhætia, Italiæ
magna pars, & aliquando Sicilia, Sardinia, Calabria, Apuliaq.,
Gallia Belgica, Heluetiorum terræ paruerunt, tributarij fue-
runt Reges maximi Bohemiæ, Hungariæ, Poloniæ, Daniæ,
eorumdem agnouit imperium Pruſsia, & Liuonia, ita vt non
longè

longè abſit hæc Regum ſeries ab magnitudine ſuperiorum. A

Sexta eſt Regum quorumdam Tartaricorum, qui poſt annũ 1254. quantum colligimus ex Haytonis cap. 9. & 10. Chriſto nomen dederunt, hi ſunt Mangus, Cobila, Haloon, Nicolaus, Baidus, Caſſanus. ex his poſtea Nicolaus receſsit à Chriſti cultu. Halooni non fuit confirmata Regia poteſtas à Cobila, qui Tartaricorum Regum ſummus erat Imperator, & cui paruit, quidquid eſt à Syriæ, & Armeniæ finibus vſque ad extremos Seras vna cum Scythia Aſiatica, exceptis inſulis, quas Oceanus Indicus circumfluit, aurea Cherſoneſo, & regionibus, quas in India Maldiuarium vocant. Quocirca videntur hi ſuperaſſe ipſas B etiam Romanorum ditiones amplitudine ſua, vt è chartis Geographicis apparet. Cobila imperauit annis 42. vt vult Hayto, cap. 5. vel 40. vt Marcus Polus, lib. 1. cap. 44. Caſſanus quam mirabiliter ad Chriſti cultum conceſſerit narrat Ioannes Villaneus, lib. 8. cap. 35. Ab his miſsi ſunt legati ad Concilium Lateranenſe ſub Gregorio X. vt habet Blondus lib. 8. Decade 11. & ad Ludouicum Galliæ Regem, quòd refert Gaguinus lib. 7. Clemens porro V. ordinauit illis Ioannem è monte Coruino Frãciſcanum Archiepiſcopum Cambalunenſem, nouemq. illi ſuffraganeos dedit; & Ioannes XXI. ordinauit iiſdem ex ordine C Prædicatorum Archiepiſcopum Sultanenſem, ſeptemq. illi ſuffraganeos adſignauit vt eſt in libro Cancellariæ Apoſtolicæ, in quo epiſcopatuum numerus habetur. Marcus Polus lib. 1. cap. 1. & lib. 2. cap. 2. narrat à Cobila miſſos ad Papam legatos Nicolaũ, & Maffeium Polos, qui nomine illius peterent à Pontifice Romano ad ſe mitti epiſcopos, & ſacerdotes, qui eum Chriſtiana ſacra edocerent. Sed quando iter longiſsimum ſuſceperunt ob alias cauſas, & iam certior factus erat multo ante Pontifex ea de re, quàm poſſent illi explicare legationem, Cobila videtur interim baptizatus. Ad ſummam fuit his omnium la- D tiſsimum imperium ex ijs, quæ celebrantur. & adhuc in Cataio, vbi eſt Cambalum, quò miſſus eſt Ioannes è monte Coruino Archiepiſcopus, dicitur eſſe Rex Chriſtianus. quod refert in ſuo itinerario Martinus Ignatius cap. 12. ignoramusq. an ſit è nepotibus ſuperiorum,

Septima eſt Regum Luſitanicorum, quibus parebãt oræ omnes maritimæ in Africa, quas alluit Oceanus, cum ijs, quas circumfluit; inſulis vſque ad vltimas Molucchas, excepta Taprobana, Iauisque, in Perſia, & Arabia Armuzij regnum, tractus

omnes



A omnes maritimi in India cis Gangem, & vltra Gangem Aurea Cherſoneſus, Braſiliaque. & quamuis aliqui dicant eos nõ admodum progreſſos in continentem terram; nihilominus Reges, qui tributa eis pendent, progrediuntur, & ipſi ex omni parte innumeras inſulas poſsident, vt merito imperijs omniũ maximis hoc ſit adnumerandum: cum portendatur à Braſilia vſq; ad extremas Moluchas; quod ſpatium propè eſt graduum ducentorum ab Oriente in Occidentem in ipſa etiam torrida Zona. Neminiq. hucuſq. contigit procedere, vel centum.

Octaua eſt Hiſpanicorũ Regum, quibus eſt adiunctum, quidquid B Luſitanici potiebantur. Horum ditiones tam latæ ſunt, vt Orbis terrarum tertiam partem conficiant, & hoc imperio nihil vnquam par ex omni antiquitate vllo modo memoretur, ſi latitudinem terrarum metiri velimus: quod eſt peritis notiſſimum, facilèq. è tabulis Geographicis colligi poteſt.

Ex his omnibus fit Catholicos omnium fortiſsimos reuera eſſe, non modo, quod cum paucis militibus maximas hoſtium cædes faciunt, quales à nullo memorantur factas vnquam; & nationes à nullis vnquam ſub imperium miſſas ipſi miſerunt; ſed etiam quia latiſsima, quę fuerint in terris, imperia poſſede- C rint, ac poſsideant adhuc ætate noſtra.

## *Cum noſtri maxima imperia diutius conſeruarint, armiſq. tutati ſint, hinc fit noſtros omnium fortiſsimos exiſtimandos eſſe. Cap. VI.*

SED quando fortitudinis bellicæ eſt, non modo armis imperia maxima ſibi comparare, ſed etiam, quin multo magis ea retinere; Videndũ D nobis eſt, an Catholici diutius ea retinuerint, quàm cæteri.

Quæri autem poteſt, an diutius retinuerint amplitudinem iam conſtitutam, licet aliqua interdum facta ſit eius variatio. an ex quo maximè conſtitui cœpit vſque ad eam iam dilabentem, neque amplius reſtauratam; an denique ex quo oriri cœpit regnum, verbi gratia, Romanorum, vſque ad eius extremam ruinam, cum natio prorſus extera illud occupauit, aut deleuit. Hæc tria diſpiciamus, & conferamus.

Aſſyriorũ regno, quod Niniue conſedit, ab ipſius prima origine

E gine

gine,vſque ad vltimum caſum,deletamq. Niniuem,tribuit Euſebius annos 1243. Velleius Paterculus 1070. Agathias lib. 2. 1400.ac plures;Iuſtinus 1300. A

Regnante Nino, ac Semiramide volunt Iuſtinus, ac Diodorus amplitudinem maximam fuiſſe huic imperio: Scribuntq. cis Indos in Aſia vſque ad mare Mediterraneum cuncta illi fuiſſe ſubiecta,exceptis Scythis,Arabibus,& vltimis Aethyopiæ populis. Sed hæc omnia ſunt longè fabuloſiſsima,idq. è diuinis libris, & conſonis aliorum hiſtoricorum narrationibus conſtat. In primis enim cuncta hæc excepta ſunt è Cteſia Gnidio, qui plurima certiſsimò fabuloſa ſuis libris inſeruit, vt apparet ex B ijs,quæ ſummatim refert Photius in ſua bibliotheca.

Deinde apertiſsimè Diodorus,qui primus ea maximè diuulgauit fabuloſa eſſe, atq; vt fabuloſa ab antiquis exiſtimata ſcribit in proœmio,vt videas immeritò adduci harum rerum quaſi veræ ſint,à quodam ſcriptore, qui hæc ſequitur, teſtem Diodorum. idcirco Dionyſius iure ait ab Aſſyrijs Aſię modicam partem poſſeſſam.

Deinde à diluuio ad Abrahamum colliguntur (quòd è Geneſi liquet) anni ducenti nonaginta duo, quo tempore Ninus neceſſariò regnabat,vt temporum ratio conſtet,& Euſebius in C chronico notauit. At Iuſtinus lib.1.ſcribit à Scythis in Aſia regnatum mille ducentis annis ante Aſſyrios,quamobrem oportet Abrahami tempore per multa ſæcula Scythas,non Ninum, Semiramidemue,& eorum poſteros regnaſſe,niſi dicamus tam exiguo tempore ab his imperatum, vt nullo ſit habitum loco imperium Nini,ac Semiramidis. Abraham præterea nondum tranſacto ætatis anno octuageſimo ſexto vicit cum tercentum decemq. & octo vernaculis Regē Sannaar, quæ eſt Aſſyria Meſopotamiæ, in qua Babylon, ac Niniue erant, qui quatuor ſibi Regibus adiunctis aduerſus quatuor alios Paleſtinę fuerat prę- D liatus,quod hi ſeruiſſent annis duodecim Regi Elamytarū, qui ſunt populi Arabibus adnumerati à Plinio lib.6.cap.28. ſic igitur populi Paleſtinæ non Aſſyrijs, ſed Arabibus ſubiecti erant ſub tempora Semiramidis,& omnium tenues erant copiæ. Amplius gentium diſperſio colligitur facta poſt annum à diluuio circiter tercenteſimum nato Abrahamo,haud potuit itaq; Niniue,& Babylon ad eam magnitudinem condi,quam prędicant fuiſſe Nino, & Semiramide regnantibus, cum viueret adhuc Abrahamus, ideo namque Deus gentes diſperſit, vt Babylonis





A lonis molitionē turbaret, vt habetur cap.11.Geneſ.quam conditam è ſpolijs gētium victarū ſcribit Diodorus lib.2.antiquarum rerum cap.1. & 4. Cum Deus itaque gentes diſperſerit, vt ædificationem Babylonis diſsiparet, & in ea non remanſerit, niſi vnum caput familiæ ex eis ſeptuaginta duabus, quæ recenſentur cap.10.Geneſeos, & velint iſti conditā intra annos quinquaginta poſt diſperſionem tam Niniuem,quàm Babylona,cōditamq. è diuitijs gentium domitarum,qui fieri hoc potuit tēpore tam breui à tam paucis contra conſilium Dei? & maximè cum dicant Niniuem è quolibet duorum laterum patuiſſe B ſtadijs centum quinquaginta,ex alijs verò duobus,quibus conſtabat,nonaginta: multo autem mirabiliora referant de Babylonicis ſtructuris.

Stet itaque initio Aſſyriaci imperij amplitudinem nullā dari poſſe,ac Scythis in Aſia potius eam deberi, vt vult Iuſtinus. Neque verò poſt Ninum, Semiramidemq. Regibus Aſſyriacis fuit aliquid magnum:quod apparet è pugna Abraham,quæ cōtigit, ſi temporum rationem ſequamur ab Euſebio traditam, ſub annum ab obitu Semiramidis trigeſimum ſecundum. neq; ſequenti ſimiliter tempore fuerunt ijs amplæ ditiones. in Ge- C neſi nanque recenſetur Aegypti Reges,veluti potentiſsimi,ad quos omnes prouinciæ confluerent. cumque Moyſes, ac Ioſuè ſæpius cum multis populis bella geſſerint, nunquam leguntur Aſſyriaci Reges vel pugnaſſe, vel vllis tanquam ſibi ſubiectis, ac poſitis in eorum tutela opem tuliſſe. Rurſus autem per multos annos Hebræi poſt obitum Ioſuè cōtinenter cum finitimis pugnarunt,& à nullius parte Aſſyriaci ſteterunt, aut hos, illoſue deuicerunt,niſi Cuſamus Rex,qui tempus exiguum dominatus eſt Hebræis,vt habetur Iud.cap 3. At Dauidi, ac Salomoni Regibus Syria tota paruit, non Aſſyrijs, vt eſt 2. Reg. 3. & 3. D Reg.4.

Conſonant hæc prophanorum ſcriptorum teſtimonijs. Herodotus enim, cui cæteri conſentiunt lib.1. refert Herculis nepotes Heraclidas dictos Lydia potitos annis quingētis,& quinque; totoq. illo tēpore Aeolas, Ionas, ac Doras in Aſia liberos fuiſſe. Poſt Heraclidas regnauit familia Gygis vſq; ad Crœſum annis tercentum. Hinc Cyrus, qui imperium Aſsyriacum Babylone conſtitutum ſubuertit.

Quocirca per octingentos, ac plures annos ante Aſsyriaci principatus interitum nihil ei fuit in Aſia minori. Ante Heraclidas

clidas dicuntur regnaſſe Teucri, ac Phryges, quos, ac Bythinos, A
aliosq. à Scythis ortos vult Strabo lib. 7. cui conſentit Iuſtinus
aſſerens à Scythis Aſiam poſſeſſam, vt ſupra referebamus. Nul-
lus eſt igitur locus in Aſia minori, qui Aſſyriacis Regibus relin
quatur vllo tempore, vt merito dixerit Herodotus lib. 1. eam
primum domitam à Cyro Perſa.

Aperuimus hucuſque in Paleſtina, & Aſia minori nihil fuiſſe
Aſſyriacis Regibus. Reliqua foret Aſia, quam ſuperiorem vo-
cat Herodotus; eamq. ſcribit ab illis poſſeſſam quingentos vi-
ginti annos. continet illa Pontum, Armeniam, Mediam cũ Me
ſopotamia, aut ſi quid eſt aliud. Dioces Medus centum quin- B
quaginta annis ante Cyrum primus abſtulit eis Mediam: mox
huius filius Phraortes plures Aſiæ regiones: at Cyaxares ne-
pos Aſiam totam trans Halym, Niniuemq. ſiue Ninum regni
primariam ſedem.

Quamobrem Regibus iſtis non fuit tanta amplitudo impe-
rij, quanta Gallicanis, & Germanicis, & eam tamen ſæpius di-
minutam fuiſſe neceſſe eſt fateamur à Sethoſo, Rhampſe, & Se-
ſoſtri Regibus Aegypti, qui varijs temporibus ante Nabucho-
donoſorum regiones illas occuparunt, niſi ſint fictitia, quæ de
ipſis iactantur; à Taracho ſimiliter Aethyopum Rege, vt ſupe- C
riori capite eſt explicatum. & quidem Seſoſtris fuit annis pro-
pè quadringentis ante Nabuchodonoſorum; Sethoſus, ac Rhã-
pſes ſexcentis plus minus; Tarachus autem quinquaginta fe-
rè. & quidem tres illi primi ſcribuntur Aſſyriacum regnum ſi-
bi ſubieciſſe.

Nabuchodonoſoro imperante latiſsimæ Aſsyrijs ditiones
fuerunt, vt ſupra dicebamus. Quin, quæ de Nino, ac Semirami-
de traduntur admiranda, ſunt opera Nabuchodonoſori, & con-
iugis eius, vt horti penſiles, muri Babylonis è bitumine, tem-
plumq. Beli ædificatum; quod è Bezoſo, & Abydeno ſcribit Io- D
ſephus lib. 1. contra Apionem, Euſebius lib. 9. cap. 4. de præpa-
rat. Euangelica. Idq. non modo è patrijs, & antiquiſsimis ſcri-
ptoribus hi tradunt, Sed & Herodotus lib. 1. aſſeuerans Semi-
ramidem diſtaſſe generationibus quinque à Labynito, quem
Cyrus vicit expugnata Babylone, Aſsyriorumq. imperio euer-
ſo. & ſanè res ita eſt. nam poſt Nabuchodonoſorũ, coniugemq.
eius regnarunt Euilmerodachus, Nigliſarus, Laboſardachus,
ac poſtremus Labynitus, vel vt vocant Beroſus, ac Megaſthe-
nes, Nabonitus, qui & Balthaſar nominatur Danielis cap. 7. re-
gnatum



A gnatum verò eſt ab his omnibus, vt prædicti volunt, annis ad
ſummum ſeptuaginta ſeptem, è quibus dant Nabuchodonoſo-
ro quadraginta tres.

Videamus itaque, quãdiu ſteterit hæc amplitudo imperij par
ta à Nabuchodonoſoro. in primis autem ſtet illud, Nabucho-
donoſoro nihil trans Armeniam fuiſſe. id è Megaſthene ſcribit
Euſebius lib. 9. c. 4. Anno igitur vigeſimo tertio regni ſui Aegy-
ptũ cœpit, quod Ioſephus narrat lib. 10. antiquitatũ, innuuntq.
Hieremias cap. 43. Ezechiel cap. 32. quo tempore eodem victo-
riæ curſu Lybiam videtur, & Hiſpaniam ſubieciſſe. Sed poſtquã
B cecidit in inſaniam Nabuchodonoſorus, in qua perſeuerauit
annis ſeptẽ, cuncti ab ipſo defecerunt, & in his Medi. Nam Cya-
xares Phraortis filius, Cyriq. auus Mediæ Rex, arma in illum
ſumẽs Perſiam, cunctaq. illi abſtulit in Aſia excepta Babylonis
regione annis quadraginta antequam regnaret Aſtyages Cyri
auus, quamobrẽ viuente adhuc Nabuchodonoſoro, vt eſt apud
Herodotum lib. 1. ſimiliter Apries Nechi, quem Nechaonem vo
cant libri ſacri, Sidonem cœpit, ac diruit, Phœniciam ſubegit,
Cyprios nauali prœlio vicit, ac regnauit vſque ad Amaſim: qui
regnante Cambyſe Cyri filio vixit, Apriemq. ſtrangulauit, vt
C prædixit Hieremias cap. 45. E quibus omnibus fit hanc ampli-
tudinem non ſtetiſſe multos annos. Nam cum regnauerit Na-
buchodonoſorus annis quadraginta tribus, ac vigeſimo tertio
peruenerit ad ſupremum culmen, vigintiq. ſuperſint vſque ad
quadrageſimũ tertium, & intra hos viginti factus amens nihil
retinuerit niſi Babylonicam regionem, in tanto faſtigio, veriſi-
mile eſt non duraſſe annis decem. reſipuit enim poſtea, & ali-
quod tempus in priori magnificentia vixit Aſtyage Cyri auo,
Cyaxariſq. filio inter Medos regnante.

Vt igitur omnia colligamus, ſiquidem regnarũt Aſſyrij tam
D qui Niniue, quàm qui Babylone conſederunt (ambo nanque Aſ-
ſyriaci fuerunt) annis mille, & quadringentis, ac forſan etiam
pluribus ab Abrahami ætate vſque ad Cyrum, nunquam perti-
gerunt ad magnitudinẽ Gallicani, & Germanici regni, ſed Na-
buchodonoſoro imperante ſuperarunt illam, breui tamen tem-
pore annorum decem plus minus. Quamobrem noſtra hęc duo
minora noſtris omnibus, quæ recenſuimus, fuerunt Aſsyriaco
ampliora. Nam Gallicanum durat iam ſupra mille, ac propè
centum annos nulli omnino ſubiectum; Germanicum verò ſu-
pra annos octingentos. ſed hæc fuſius infra aperietur. illud ta-
men

men adieciſſe non pigebit, in Meſopotamia vſque ad Macedo- A
nas haud fuiſſe niſi duas Vrbes Ninum, & Babylona. reliqua vici erant, vt Plinius teſtatur lib.6.cap.26. eodem modo Media vſque ad Diocem in vicos diſperſa erat; ciuitates nullæ; quod Herodotus ſcribit lib.1.quæ volui dixiſſe, vt nemo putet ad iſtorum regum magnificētiam multum facere incredibilem Nini, & Babylonis magnitudinem: nam ſi in Italia nō eſſent niſi duæ Vrbes, ac quidquid eſt ędificiorum magnificum coiret omne in duas Vrbes, quatuorue, aut quinque moles, ſine dubio Nini, & Babylonis magnificentia, & amplitudo nulla præ illis eſſet.

Aegyptij poſt Aſsyrios ponuntur à nobis. hi plerumq; Aegy- B
pto ſola potiti ſunt. Tribus autem regnantibus latiſsimas habuerūt ditiones Zeto, ſiue Sethoſo, aut Thoſso, qui fertur annis quinquaginta quinque imperaſſe, & Rhampſe ſuperioris ſucceſſore, qui ſexaginta ſex. Videntur hi fuiſſe ante tēpora Heli ſacerdotis ſummi Hebræorum; dominatiq. feruntur Lybiæ, Aethyopiæ, Medis, Perſis, Bactris, Scythis, Armenis, Cappadocibus, Lydis, Bythinis, non tamen in Europam tranſierūt. Tertius poſt hos eſt Seſoſtris, qui tranſijt in Europam, vt refert Herodotus, Thracaſq. deuicit poſt Sethoſi, ac Rhampſis obitum ducentis, ac pluribus prȩterea annis. C

Sed quæ de Sethoſo, ac Rhampſe iactantur valde ſuſpicor eſſe fabuloſa, mouet me, quod accepta ſunt à ſolis Aegyptijs, qui inuentores omnium fabularum fuerunt, ijſq. omnia nedum humana, ſed etiam diuina fœdarunt, & obſcurarunt. Ab ijs commenta Deorum turpiſsima ad Græcos tranſlata, vt Herodotus lib.2.refert. Omnium porrò effuſiſsimi fuerūt in laudem, ſuarumq. rerum ſiue falſam, ſiue veram oſtentationem, quod cognoſcimus ex inanibus ſtructuris pyramidum, obeliſcorum, & huiuſmodi molium. Idcirco vix eſt, vt aliqua poſsit fides haberi ijs, quæ de Sethoſo, ac Rhampſe dicuntur ex inſcriptionibus D
obeliſcorū, pyramidumue accepta. ipſi hæc de ſe, ac ſuis rebus iactabant, fabuloſiſsimi erant, ſuarumq. rerum vaniſsimi præcones. Nunquid habeas his fidem?

Diſſentiunt prȩterea ab ijs, quæ cōſtanter traduntur ab alijs profanarum rerū ſcriptoribus, & diuinis etiam ſcriptis videntur repugnare. Nam Iuſtinus vult lib.1.Scythas Aſiæ dominatos (excepta, crediderim, Niniue, Ionibus, & Græcis in Aſia cōmorantibus) mille ac ducentis annis, qui ſi numerentur à gentium diſperſione incidunt in annos Sethoſi, ac Rhampſis. Rurſus



A ſus ait Herodotus Cræſum è barbaris primum fuiſſe, qui Ionnas, Aeolas, ac Doras in Aſia ſubiecerit.

Qui vero fieri poteſt, vt iſti duo Reges Syriæ ſint dominati, neque mentio ſit in libris Iudicum dominatos eſſe Hebræis? quod erat neceſſe, quando Hebræi ſedes habebant in Syria, optimamq. iſtius incolebant regionem.

Atque hæc quidem de Sethoſo, ac Rhampſe; de quibus apud Græcos, & alios nulla eſt mentio, niſi ex inſcriptionibus obeliſcorum, & libris Manethonis Aegyptij ſui gentilis, patrijſq. rebus addicti. Quamobrem ſiquid iſtis Regibus tribuimus, id
B tantum ducimus tribuendum, quod in multas regiones vi irruperint, vicerintq. aliquos obſiſtentes, non autem continuerint imperio, quod priſcis Regibus vſitatum fuiſſe narrat Iuſtinus lib.1.

De Seſoſtri non eadem prorſus dicimus: mentio namque illius eſt 3.Reg.9.11.& 14.quod vicerit Hebræos: & Herodotus libro ſecūdo ſcribit, ſe multa illius monumenta vidiſſe, & facta inueſtigaſſe curioſius. Sed cum regnauerit hic annis triginta-tribus; & ad poſteros Aegypti ſolius imperium tranſmiſerit, quin ab eo frater deſciuerit Aegypti, finitimarumq. regionum
C ſibi imperium vēdicans, atque ob id ille in Aegyptum coactus ſit redire, fugatuſq. frater Argos occupauerit, Danaoſque de ſuo nomine vocauerit, ex his ſit huius imperium breue extitiſſe. è triginta enim tribus annis plures inſumpſit in curſu victoriarum, & in Aegyptum redire eſt coactus.

Aethyopes autem neque diu ſunt ipſi dominati. Tarachus enim, quo viuente contigit eis imperij magnitudo, viginti annos dumtaxat regnauit, vt habet Euſebius in chronico; quorū cum ſint aliqui dandi imperio parando, pauci ſupererunt amplitudini partæ.

D Perſæ, ex his omnibus reliqui ſunt, qui ducto initio à Cyri imperio vſque ad Darium ab Alexandro victum regnarunt annis ducentis ſexaginta ſex plus minus. Nullaq. eſt imperij magnitudo hucuſque diuturnior ea, quæ Perſis fuit. & Cyrus quidem ſubegit quidquid eſt à Bactris, & Carmanis vſque ad Ageū mare, terminaturque Arabiæ, Aegypti, Cholchidis, & Scythiæ, confinibus, regnauitque annis triginta. Cambyſes filius adiecit Aegyptum, & Aethyopas Aegyptiis finitimos; dominatuſque eſt annis nouem, vt Euſebio placet Herodotus vero attribuit illi ſeptem dumtaxat annos, & menſes quinque. Huic Darius

rius Hyſtaſpis ſuccedens Thracas, ac Scythas, & alios quoſdã A
populos in Europa vicit:ſed paulopoſt à Græcis fuſus in cam-
pis Marathoniis non modo amiſit,quidquid habuerat in Euro
pa,ſed & Aegyptus ab eo defecit.ac licet filius Xerſes eam rece
perit,Achemenidique fratri regendam commiſerit, hic tamẽ
à Pſammitico eſt occiſus;qui diu tenuit Aegyptum,ſicut etiam
nepos eius Pſammiticus,& huic ſuccedentes ex ordine Achor,
Tachus,ac Nectenabus, vt ab vndecimo libro perſequitur vſq;
ad decimumquintum Diodorus,donec Artaxerſes Ochus Phæ
niciam,Cyprum,& Aegyptũm recepit, & ex hoc illa vſque ad
vltimum Darium Perſis obediit annis ſexdecim plus minus, B
quibus ſi adiungas annos Cambyſis, Darij I, Xerſis I. circiter
annos quadraginta fuit illis ſubiecta, quibus ſanè amplitudo
maxima Perſis in Aſia fuit à Bactris, & Carmanis vſque ad Ae-
geum mare,Cyrenem,Scytharumque,& Aethyopum fines in-
tra terminos Colchorum,Arabum,& mare Hyrcanum. Indos
eis non fuiſſe ſubiectos è Megaſthene probat Strabo lib.15.reli
quis autem centum nonaginta quatuor non tam magna Per-
ſis fuit amplitudo, quod nihil eis eſſet cis Phæniciam. Quam-
obrem plerumque maior imperij magnitudo quibuslibet no-
ſtris,quos ſupra recenſuimus fuit,vt infra oſtendemus. C

Græci latè regnarunt,quandiu vixit Alexander, qui cũ duo-
decim annis cuncta abſoluiſſet,non benè annis duobus conſti-
tit in tanto faſtigio. Sic igitur breuiſsimum fuit in vno Rege
imperium illorum:mox in plures eſt diſſectum. Ex his latius do
minati ſunt Seleucidæ,& Ptolomæi, quorum tamen regna non
illam ſunt nacta latitudinem, quam ſuperiora & aliena, & no-
ſtra.& Seleucidæ,quidem regnarunt vltra ducentos, ac ſeptua
ginta annos,inquit in Syriaco Appianus;Ptolomæus ducentis
viginti ſeptem,vt Euſebius ſcribit.

Romani cunctos hos diuturnitate ampliſsimarum ditionũ D
ſuperarunt,ita vt nihil eis ſimile videri poſsit. Cũ namque an-
no 363.fuiſſet Vrbs à Gallis diruta;mox ij fuſi, fugatiq. fuiſsẽt,
Romani ſic vires auxerunt, vt cunctas in Italia regiones cis
Padum ſubegerint vſque ad annum 489. quo bellum gerere in
Sicilia cœperunt aduerſus Pœnos;& quamuis poſt annum 535.
vſque ad 551. Pœni Annibale duce in anguſtum redegerint il-
los,vt neque Italiæ tertiam partem retinuerint; ex eo tamen
paulatim peruenerunt in amplitudinem ſuam, cum poſt annũ
722.Auguſtus adiecit imperio Romano Aegyptum, Canta-
briam



A briam,Dalmatiam,Pannoniam,Aquitaniam, Illyricum, Rhæ-
tiam,Vindelicos,Salaſſos,omneſq. Ponti maritimas ciuitates,
Claudius Tiberius Britannias,Orchadas,Veſpaſianus autem,
Traianuſq. Antonini,& Seuerus alias regiones.

Sed quandò Cæſar poſt annum ſeptingẽteſimũ Gallias, Nu-
midiam,Mauritaniãq. in prouinciarum formam redegit,ex il-
lo verè aſſeritur perueniſſe Romanos ad imperij maximam la-
titudinem,quam non mediocriter auxere Auguſtus, Claudius,
Veſpaſianus,Traianus. Hinc ad Conſtantinũ Romæ imperan-
tem numerantur anni tercentum ſexaginta ſex. & quamuis re-
B gnantibus Gallienis imperium propè Romanum fuerit, inquit
Eutropius,diſſolutum, cum per annos nouem variæ gentes,ac
Tyranni triginta, de quibus proprio libro Trebellius, varias
prouincias occuparunt,alijſq. temporibus alij ſimilia perpetra
rint, verè tamen aſſeuerari poteſt nullos hucuſque aut Roma-
nis latius dominatos; aut in tanta, quam ſibi armis pararunt,
amplitudine imperij conſtitiſſe. Quod ſi colligas annos,ex quo
Galli euerterunt Romam,ad Conſtantinum,numerabuntur ſe-
ptingenti;quibus ſi aggreges,qui ducuntur à cõdita Vrbe,fient
mille ſexaginta tres.

C Saraceni regnare ceperunt anno 632. cum Dux eorum Ma-
hometes ſucceſſorem ſibi reliquiſſet Ebubezerem, cui ſuffectus
Haumarus Aſsyriam, Aegyptum, Perſiamq. debellauit, obijt
anno 655.Muhauias Ciliciã,Lyciamque,mortuus eſt 680.Hab
demelichus Armeniam,& Africam,deceſsit 689.Haumarus Hi
ſpaniam,migrauit è vita 717. Gizidus Sardiniam, mortuus eſt
724. Euelidus Cæſaream Cappadociæ,Gizidus Cyprum,defun
ctus eſt anno 744.Atq; hæc maxima imperij Saracenici ampli-
tudo. Sed anno 750.diuiſum eſt in hoſtiles factiones, alijs alias
regiones occupantibus, & ob contrarias impietatis ſectas in
D exſecrationes erumpentibus. Quatuor autem præcipui Reges
fuerunt,Habubalas,qui Arabiam,Perſiamq. poſſedit;Salim,qui
Aegyptum; Habdallas,qui Syriam, & Meſopotamiam; Muha-
uias,qui Africam, & Hiſpaniam. Rurſuſque hi principatus in
alios ſunt diuiſi ſubeũtibus Choraſinijs,Numidis,Mauris,Tur-
cis,Curdis,Mamalucchis, qui bello cuncta ad ſe tranſtulerunt,
Saraceniciq. ſanguinis Reges deleuerunt.

Permanſit amplitudo imperij Saracenici ab anno 655.vſque
ad 750. per annos nonaginta quinque ad ſummum; duxit ex-
tremam ruinam ſub annum 1180. cum Saladinus Aegyptum
F ſibi

ſibi vendicauit; Numidæq. in Africa Saracenos omnes Regia A
poteſtate exuerunt,ab ortu ad occaſum numerantur anni 648.
Turci poſt hos ex alienis latiſsimè regnarunt. Hi circiter
annum 1055. aduerſus Perſas duce Tranglophice ſumpſerunt
arma, annoq. 1095. cuncta propè occuparūt à finibus Choraſ-
miorum vſque ad Helleſpontum, Mediam ſcilicet,Perſiam, Sy-
riam,Ciliciam,Iſauriam,Pamphiliā,Lyciam,Piſidiam, Lycao-
niam,Cappadociam,Galathiam,Pontum,& Aſiæ minoris par-
tem;quibus temporibus nulli ſuperiorum poteſt æquari,& ideo
non veniet in collationem.Sed anno 1100.reiecti ſunt vſque ad
Euphratem à noſtris,vt ſupra explicauimus, & intra Mediam, B
Meſopotamiamq. concluſi, donec ſub annum 1185. Saladinus
natione Curdus (ſunt Curdi Mediæ populi) Meſopotamiā cœ-
pit, mox Syriam, & Aegyptum; cuius poſteris de medio ſubla-
tis Mamalucchi in Aegypto inſtituti. Tartari deinde poſt an-
num 1240. adduxerunt cunctas Aſiæ regiones vſque ad Arme-
niam,Syriamq. in ſuam poteſtatem,ita vt nihil Turcorum, Sa-
racenorumue foret, quod è Marco Polo, & Haytone apparet.
perſtitere itaque Turci in hoc principatu, qui ſuperiorum nul-
li eſt æqualis non bene annis ducentis.
Sed circiter annum 1300.Turci reſumptis viribus Androni- C
co Paleologo imperāte delegerunt Otthomanum ſibi Regem,
à cuius poſteris imperium Turcicum nunc videmus maximè
amplificatum, ita vt ab Aſsyriæ finibus extremis vſque ad Li-
burniam pertingat in Europa, & in Africa Lybiam, & aliqua
Mauritaniæ Cæſarienſis loca. ſed anno 1403.cunctæ eorum res
acciſæ,ac propè funditus euerſæ fuerunt.Conſiſtit maximè am-
plitudo Turcici imperij poſt annum 1470.cū Mahometus Con-
ſtantinopolim,Græciam propè totam,Myſiam,Daciam,Pontū
Armeniæ partem. Selimus I.Ciliciam,Syriam,Arabiæ partem,
Aegyptum,Solimanus Meſopotamiam,Rhodum,Pannonię ma D
ximam partem,Lybiamque; Selimus II.Cyprum; Amurathes,
qui nunc regnat, Armeniæ reliquum, Mediæq. partem cœpe-
runt. A prima origine nondum peruenit ad annos tercen-
tum,ſtat adhuc in amplitudine ſua annis centum viginti octo.
Atque hæc eſt exteris imperijs, quæ maxima omniū fuerint,
diuturnitas ortus,amplitudinis, & vtriuſque caſus. nunc ad no
ſtra veniamus.
Vtrumq. imperium fuit in noſtris ab anno 323. quo Conſtan
tinus Licinium deiecit, vſque ad 424. quo poſt Maioranum, &
Anthe-



A Anthemiū Iulius nepos factus eſt Imperator Occidentis à Leo-
ne I. Imperatore. perſtitit annis cētum quinquaginta duobus.
& quamuis duo forent Imperatores, alter Occidentis, alterq́.
Orientis;tamen ſi quis eorū decedebat abſque ſucceſſore dato,
ſolebat ſuperſtes Imperatorem creare, ſic verò vterque admi-
niſtrabat, vt leges de communi conſenſu plerumque ab vtro-
que ſubſcriptæ promulgarentur, vt apparet in Codice Theo-
doſiano.
Rurſus eiectis à Iuſtiniano Gothis ex Italia vtrumque impe
rium coijt in vnum anno 552. amiſſa Hiſpania,Gallia,& Britā-
B nia continens non modo, quod nunc Turca habet, ſed Italiam
præterea, Iſtriam, Liburniam, Dalmatiamq. totam, Maurita-
niam,Numidiam,Sardiniam,Corſicam,Siciliam,Cretam,Cor-
cyram. ſed Italiæ dimidium Longobardi eripuerunt poſt an-
num 570. Africamq. Saraceni poſt 680. Vtrumque imperium
ſic coniunctum permanſit vſque ad annū 900.quo Carolus Ma-
gnus Occidentis Imperator eſt à Leone III. creatus. Quocirca
perſtitit annis centum ſeptuaginta quinque, quos ſi ſuperiori-
bus centum quinquaginta duobus adiungas, colligentur ter-
centum viginti ſeptem,ſi intermedios adiungas fient quadrin-
C genti ſeptuaginta ſeptem.
Occidentale imperiū ſtetit ab anno 312. quo Cōſtātinus Ro
ma potitus eſt,vſque ad 475. per annos centum ſexaginta tres,
vel nouem ex quo ille in Britannia ſuſcepit imperiū anno 306.
Orientale imperium ab anno 323. quo iniuit illud Conſtan-
tinus, vſque ad obitum Michaëlis Paleologi ſub 1286. perſtitit
annos nongentos ſexaginta tres. ſed quando Ioannes Paleolo-
gus ſubſcripſit concilio Florentino,defunctusq. eſt in fide catho
lica imperio Conſtantinpolis adhuc ſtante anno 1445.Hinc re-
ctè dici poteſt à Catholicis illud imperium ſuſtentatum mille
D centum viginti duobus annis. Permanſit in amplitudine vſque
ad annum 744. quo Saraceni eripuerant illi Aſsyriam, Aegy-
ptum,Ciliciam,Lyciam,Africam, Armeniam, Cappadociam,
Cyprum,Sardiniam; retinens Bythiniam,Phrygiam, multaſq.
alias Aſiæ minoris regiones,Thraciam,Græciam,Illyrium,Cy
cladas,Cretam,Siciliam,Calabriam,Apuliam, per annos qua-
dringentos viginti plus minus.
Ad ſummam ſi amplitudinis diuturnitatem ſpectemus, or-
tumque,& occaſum prima, & tertia ſucceſsio noſtrorum ſupe-
rauit Romanos, atque ita cunctas Regum ſuperiorum ſeries.

quod enim quidam ſupra hoc ſpatium ab origine ad ruinam nu- A
merandum permanſerunt, illud eſt in cauſa, quod noſtri non in-
ceperant regnare, niſi poſt Conſtantinum.

Gallicanum regnum à Clodoueo ſcimus excitatum, qui no-
men Chriſto dedit anno 495. & adhuc à nulla extera natione
vi captum perdurat mille nonaginta octo annis inter Catholi-
cos. ad Amplitudinem maximam peruenit ſub annum 780. Ca-
roli virtute auctum, perſtitit in Ludouico ipſius filio, qui defun-
ctus eſt anno 840. In poſteris pluribus agnationis eiuſdem vſ-
que ad Carolum Craſſum, quo imperante rurſus omnia regna
in vnum ſunt coniuncta: deceſsit hic anno 887. poſt hæc Ger- B
mania prima, & ſecunda, maximaq́. Italiæ pars Arnulpho eius
nepoti paruit; poſt obitum verò illius, id eſt poſt annum 896.
Ludouico Arnulphi filio vſque ad annum 911. Germania ſola.
In Gallia porrò ſui Reges fuerunt, à quibus adhuc tenetur il-
lud regnum, quamuis nō ex agnatione, ſed ſanguine tamen Ca-
roli Magni. Hæc igitur Regum Gallicanorum ſucceſsio dura-
uit in amplitudine imperij ſui centū propè annos. minorq́. eſt
illi diuturnitas, quàm Perſico, Romano, Turcico, maior quam
reliquis à noſtra religione alienis.

Germanicum regnum Carolus Magnus excitauit, ſolusq́ue C
iniuit eius nepos è Ludouico pio Ludouicus anno 840. vel 842.
ad maximas ditiones eſt euectum 962. cum ſcilicet Ottho Ita-
liam cœpit, Calabriamque, & Apuliam Grȩcis eripuit, quas ta-
men Græci receperunt (vt auctor eſt Sigibertus) anno 982. Re-
gibus eius Neapolitanum regnum, Siciliaque, & Sardinia, vt
Henrico V. & Friderico II. obedierunt; at Sigiſmundo Hungha
ria, Myſia, Dacia; poſt ætatem Friderici II. paruit ex aliqua par
te Pruſsia, Liuoniaque; Carolo demum V. Germaniæ Regi ſub-
iectæ erant Hiſpanicȩ ditiones, quamuis non Germanici regni
iure, poſt Friderici II. & Ludouici Bauari facinora in Pontificē D
Romanum perpetrata cæpit labaſcere amplitudo illius. ſtet it
annos tercentum ab Otthone Magno vſque ad Friderici II. vi-
tam, ſtat ipſum tamen regnum ſeptingentos quinquaginta an-
nos, ſi numeres illos à filio Ludouici Pij, ſin à Carolo Magno
octingentos.

Maiorq́. eſt huic regno diuturnitas amplitudinis, quàm cæ-
teris omnibus à noſtra religione auerſis, excepto Romano.

Tartaricum regnum perſtitit in magnitudine ſua regnanti-
bus Chriſtianis Mango, Cobilaq́. annis ſexaginta, aut pluribus
etiam



A etiam, vt è Marco Polo, & Haytone Armeno conſtat. & hoc igi-
tur ſuperat amplitudinis diuturnitate Aſsyriacum, Aegyptia-
cum, Aethiopicum, Græcum; ſuperatur à Romano, Saracenico,
Turcio. An verò hæc ſucceſsio duret adhuc poſt annum 1253.
ex quo Mangus addixit ſe Chriſto, vt refert Hayto cap. 9. incer
tum nobis eſt, quòd ſcilicet in Cathaij terris ipſis, in quibus ho-
rum Regum ſedes fuit, ſit Rex Chriſtianus, vt ſupra refereba-
mus. Cùm verò Tartarici Reges potiti ſint ampliſsimis Sina-
rum, ſiue Serum regnis ſupra annos nonaginta tres, vt ſcribit
Ioannes Gonzalezius lib. 3. cap. 1. ſiquidem ſunt ijdem cum Re-
B gibus Cathaij, his non modo maior amplitudo erit, verum diu-
turnitas etiam, quam Saracenis; Romanosq́. magnitudine dū-
taxat imperij ſuperabunt, ac Turcos etiam amplitudinis dura-
tione, ſiquidem vera ſunt, quæ litteris produntur à nonnullis de
Rege Cathaij Chriſtiano, & Catholico.

Luſitanici regni amplitudo perſtitit vſque ad Henricū Car-
dinalē, Regéq́. ſupra annos octuaginta in vno Rege; ſuperatq́.
omne à noſtra doctrina diſsidentes, exceptis Romano, Sarace-
nico, ac Turcico regnis. eius ortus eſt ſupra annos quingentos.

Hiſpanicum iam peruenit ad annos centum maiora in dies
C incrementa ſumens; ab origine illius poſt Recharedum catholi
cum ſunt anni propè mille. Duratione igitur magnitudinis
neque Romanum, neque Turcicum vincit hactenus. magnitu-
dine omnia, quæ fuerint hucuſque regna.

Atque hæc quidem de regnorum, quibus ſit vnus potitus, du-
ratione, amplitudineque ſimul, allata ſunt, diſcuſſaque à nobis.
Quod ſi de pluribus Regibus qui ex eadem natione prodierint,
eodemq́. tēpore ſint dominati, agatur, nihil eſt par Gallici ſan-
guinis Regibus. Henricus enim Secundus Angliæ Rex originē
duxit è Comitibus Andegauēſibus; Henricus I. & Alfonſus Por-
D tugalliæ, ſiue Luſitaniæ è Comitibus Bononiæ Celticæ; Vuidus
Luſinianus Cypri è Pictonibus; Gottifredus Hieruſalem, poſte-
riq́. ipſius ex iiſdem Comitibus Bononiæ Celticæ; Balduinus, &
eius ſucceſſores Conſtantinopolis Imperatores è Gallia Belgi-
ca; at Carolus Siciliæ, Neapoliſq́. Rex è gente Hugonis Cape-
ti; à quo orti nepotes Carolus Hungariæ, Myſiæ, Daciæq́. Rex,
ac Ludouicus tum iſtarum regionum, tum verò Poloniæ. quod
ſi Comites Lutzbulgerſes ſunt Gallici ſanguinis, cum reuera
ſint intra fines antiquos Galliarum, Henricus VII. Imperator,
Carolus IV. ac Sigiſmundus Germaniæ, Bohemiæ, Italiæq́. Re-
ges

ges extiterunt,quin Princeps Antiochiæ cui Cilicia obediebat, A
Comeſq. Edeſſæ trans Euphratem, vt habemus è Guglielmo
Tyrio,Galli fuerunt. Horum porrò plurimi eodem tempore
ſunt dominati,ac latiſsimas,vt apparet ditiones,& imperia po
titi ſunt; ac Luſitanici quidem ſupra annos quingentos perſti-
terunt;Anglici tercentum triginta duos.Quamobrem Galli ab
vltimis Moluchis vſque ad Braſiliam propter Luſitanos domi-
nati ſunt,ab ortu ſcilicet in occaſum per gradus ducentos.Rur-
ſus propter eoſdem, Anglicoſque, & Lutzburgenſes ab inſula
S.Laurentij,promontorioq. bonæ ſpei vſque ad mare Balthicũ,
ſupremoſq. Liuoniæ fines, ab Auſtro ſcilicet in Aquilonem per B
gradus nonaginta in directum protenſos; quæ eſt quarta pars
ambitus Orbis terrarum.

Si quis autem reges inquirat in vnam religionem coëuntes,
vnique Pontifici in diuinis, diuinorumq. æterna doctrina om-
nino ſubiectos, & quam latè, diuq. imperarint, velit cognoſce-
re, nihil vnquam par nobis fuit ex omni æuo.

Non modo enim Romano Pontifici paruerunt Reges à no-
bis commemorati; ſed etiam Scotiæ,Angliæ,Daniæ,Noruegię,
Sueciæ,Gothiæ, Poloniæ,cæteriq. omnes in Europa, in Africa
verò Aethyopum Reges. narrat enim Ruffinus in hiſtoria ſua C
Auxumitenſibus Regibus Aethyopum fuiſſe ab Athanaſio da-
tos Epiſcopos, conſtatq. ex apologia Athanaſij ad Conſtantiũ,
Chriſtianos illos fuiſſe. Hinc Adad Axumitenſium Rex anno
xvj. Iuſtiniani Chriſtianus eſſe perhibetur, ac Rex Archetas
Aethyopum Iuſtino Iuſtiniani ſucceſſori auxilium tulit aduer-
ſus Perſas, vt ſcribit Paulus Diaconus lib. 16. Hi latiſsimè re-
gnantes vſque ad noſtra tempora Presbyteri Ioannis nomine
vocantur; eorumq. Legati ad Concilium Florentinum ſedente
Eugenio venerunt, eiuſq. decretis adſenſere, & ad Clementem
VII. litteras obedientiam teſtificantes miſerunt, vt eſt in hi- D
ſtorijs Aluareſij,ac leguntur adhuc illæ typis excuſæ.Sunt verò
his è tanto tempore,quod eſt ſupra mille annos,in Africa latiſ-
ſimæ ditiones, neque magnum diſcrimen amplitudinis eſt his,
ac Turcorum regnis. Nunc feruntur, haud ita nobiſcum ſen-
tire,licet Aluareſius narret, ipſorum quendam Regem noluiſſe
accipere Epiſcopos à Patriarcha Alexandrino, qui diſſentie-
bat à nobis,ſed expectaſſe diutius à Pontifice Romano.fuerunt
in Africa,& Nubiæ Reges Chriſtiani,quorum mentionem facit
Burchardus,qui ante annos tercentum fuit, & Aluareſius cap.

33.&



A 33. & latius cap. 137. vbi inquit Eccleſiæ Romanæ fuiſſe olim
ſubiectos,nunc autem vehemẽter percupere,vt ſint,qui Roma-
næ fidei præcepta ipſis tradant. Sunt,& Reges his minores Ma
nincongi de quibus Oſorius lib. 3.

In Aſia porrò à temporibus Conſtantini fuere Iberes, Chol-
chorum, Abaſgorumq. Reges de quibus Theodoretus cap. 24.
Procopius lib. 2. de bello Perſico, & Agathias lib. 4. quamuis à
Romani Pontificis obedientia defecerint. ex quo tempore Grę
ci ſimiliter à nobis ſe abalienauerunt. Addi poſſent his Arme-
meniæ Reges, qui diu nobiſcũ ſenſere, vt eſt apud Haytonem,
B & Marcum Polum.

Quamobrem nullus vnquam Pontifex fuit,cuius doctrinæ in
diuinis omnino fuerint tot Reges, ac tandiu regnantes ſubie-
cti, vt Romanus. Nam ſi de Mahometanis agatur plures ſunt
ipſis Pontifices, qui mutuis ſe execrationibus deteſtantur, vt
Leo parte tertia deſcriptionis Africę,& Feſſæ refert.idque non
multo poſt obitum Mahometis, vt ſcribit Tyrius lib. 1. cap. 3. &
lib. 5. cap. 24. Trans Indum porrò,montemq. Imauum nihil pro-
pè,vel exiguum quiddam,excepto Cambaiæ,& Mogoris regno
Mahometanis in Aſia paret,ſicut in Africa trans Nigrũ,& Nu-
C biam. eorum porro imperia ad annum milleſimum non dum
peruenere.

Ad ſummum neceſſe eſt Catholicos eſſe omnium fortiſsi-
mos in bellis, quando è tãto tempore ſint tot, ac tanta regna
tutati,ita vt ex quo Regiam poteſtatẽ ſunt nacti,& in fide Pon-
tificis perſtiterunt,poſt Conſtantinum ſcilicet imperantẽ, ma-
ximas ditiones armis aduerſus hoſtes plurimos ſibi conſerua-
rint; multo diuturnius quas gentes vllæ, vel omnium maximè
pugnaces.

D *E collatione antiquorum Ducum, Regumq. in bellis clarorum cum noſtris, colligitur noſtros fortiores.* *Cap. VII.*

SEd adhuc illuſtriora hæc fient, ſi circumſpicia-
mus oras omnes catholicarum nationum,me-
moriaq. repetamus antiqua euenta Hiſpaniæ,
Luſitaniæ,Galliæ,Britanniæ,Germaniæ, Bohe-
miæ, Hungariæ,Poloniæ,quam Sarmatiæ priſci
aſcribebant. Ex his enim regionibus non inue-
niemus ab Orbe condito per annos quater mille, & amplius
prodijſſe tam fortes, ac ſapientes militum duces,vt prodierunt

ex quo

ex quo Chriſti cultum ſunt ſecutæ. Nam quos quæſo Priſci Hiſpani opponerent tot Alfonſis, ac Ferdinandis Regibus? quos celebri illi Cido, Conſaluo Magno, Petro Nauarræ, Antonio Leuæ, Ferdinando Duci Albæ? At Luſitani antiqui nunquid habuere ſimiles vllos Reges, tot Henricis, & Alfonſis Regibus, aut duces Vaſquio Gamæ, & Alfonſo Alburqueio comparandos De Gallis quid dicemus? Habuitne antiquitas tota vllum parem Clodoueo, Dagoberto, Pipino, Carolo Magno, Roberto, Philippo Auguſto, Henrico ſecundo, aut Carolo, & Roberto Neapolis, Gottifredoue Hieroſolymorum Regibus? Quid hic referemus tot Duces, in quibus Carolus Martellus Pipini pater principem locum tenet? Illud, quantum pertinet ad Britannos, & Scotos, eſt certum, ante Chriſti religionem à Britannis ſuſceptam nullum fuiſſe inter eos militem, qui præcipuam ſibi laudem vindicare poſſet, niſi forſan fabulas quaſdam ſequi velimus. Iam vero Germanica vetuſtas quem comparabit Othonibus, Henricis, Lothariis, Fridericis, Carolis, Rodulphis, Maximilianis, Lothariis, Conradis, Ludouicis? Bohemia porro quos conferet Otthocaris, Boleslais, Vẽceslais? De Polonis, Hungariſque non eſt, quòd verba faciamus. Horum namque nomina priſci neque cognouerunt. Nunc qualis, quantuſque fuit Geyzas, Stephanus primus, Ludouicus primus, Matthias Coruinus in Hungaria? quales in Polonia Cazimiri, Boleslai, Vulasdilaus primus, Stephanus Battorius?

Sed omittemuſne Noruegiam, Daniamque? è qua profecti Northmanni non modo in Anglia, & Gallia, ex quo Chriſto ſe adiunxerunt, latè, diuq. ſunt dominati, ſed è Sicilia regnoque Neapolitano depulſis Græcis, ac Saracenis Tunetenſes in Africa Reges, plurimaſq. in Græcia Vrbes ſibi ſubiecerũt, multoq. tempore præclariſsima geſſerunt, nobiliſsimumq. in Italia regnum Neapolis, ac Siciliæ conſtituerunt. proſecutus eſt hæc poſt alios Sigonius libris de regno Italiæ. Quid quod ijdem Norhtmanni Antiochiam, principatumq. Antiochenũ tenuerunt in Oriente, & armis diutius aduerſus bellicoſiſsimas gentes ſunt tutati? An nõ autem Danici ſanguinis illa Margareta, quæ ductauit exercitus, & quatuor ſibi regna adiunxit? An non Canutus ille Magnus, qui Britãnias, Daniam, Noruegiam, Gothiam, Suetiamque continuit imperio? Quid hic ſilebimus Gothiam, Suetiamq. è qua prodiere Viſigothi, quorum ſtirps Regia durauit vſque ad ætatem noſtram, quique tot, ac tanta præ

ſtitere



ſtitere aduerſus Mahometanos in Hiſpania, vt nos oſtendimus ſigno de felici poſteritate Catholicorum, & quorum auſpicis ad Indias Orientales, & Occidentales aditus eſt apertus.

Sed aliquis dicet, Italia, & Græcia haud dedit vllos vnquam Romanis ducibus æquales, vel Alexandro illi Magno. Videamus quæ tempora veniant in comparationem. Nam Roma præclariſsimos quoſdam nacta eſt copiarum Duces ab anno quingẽteſimo vſque ad ſeptingẽteſimum, & quinquageſimum, aut paulo amplius: Antea vero, & poſtea tales tulit, quales Italia plurimos poſt Conſtantinum produxit è noſtris. Atque ita intra annorum circiter quatuor millia duobus ſæculis floruit; Græcia porro maxime excelluit Alexandri ætate, ac paulo ſupra; Miltiadis ſcilicet, ac Themiſthoclis tempore, eodemque ſæculo. Nobis autem poſt Conſtantinum nondum ſunt elapſi anni milles ducenti nonaginta. & tamen, audere poſset aliquis Alexãdro Magno opponere Beliſarium, ac forſan Mauritium, Baſiliumque Macedonem Imperatores. Res enim fuit Alexandro Magno cum gentibus efforminatiſsimis. at Beliſarius pugnauit cum Vandalis in Africa, cum Oſtrogothis in Italia, cũ Slauinis in Dacia, Mæſia, & Illyrio, cum Perſis in Aſia bellicoſiſſimis tum populis, omnes acie vicit, quamuis exiguas copias ductaret, Africam, & Italiam cœpit: ſed quando neque clariſsimos, vt Alexander, nactus eſt ſcriptores; neque præfuit ſummo cum imperio, nomen eius iacet: nihil tamen ei defuit ad maximi Imperatoris bellicas laudes. At Mauritius Perſiã cœpit, ac nobiliſsimis victoriis partis Orientale imperium, Africam, Italiamque gubernauit, neque abeſt à gloria Imperatorum, qui fuerint, maximorum; quod etiam de Baſilio Macedone non immerito poſſet affirmari. Atque hæc quantum ad Grecos. In Italis elanguiſſe vires bellicas, prudentiamque militarẽ poſt Augusti imperium, nedum poſt ætatem Conſtantini non temere quis dicat. Verum non imperitè adnotauit in ſuo chronico Matthæus Palmerius ante annos ducentos ex Italis excellentiſsimos rei bellicæ Duces extitiſſe. In his fuere Attendolus Cotignola ſiue Sfortia, Braccius Montoni Comes, Nicolaus Piccininus, Franciſcus Sfortia, Philippus Scholarius Florentinus, qui à Sigiſmundo Imperatore militum Dux factus viginti, prælijs vario tempore Sarmatas, & Turcas in Chriſtianos Europæ ruentes ſuperauit, Iacobus Piccininus, Guidantonius & Fridericus Vrbinatium Duces, Dominicus Malateſta, Bartholomæus

 lomæus

lomæus Coleo,Hercules Eſtenſis Ferrariæ Dux , Robertus Se- A
uerinus,Franciſcus Maria Ruereus,Marcus Antonius, Proſpe
rus,Pompeius Columnæ,Alfonſus Daualus,Ferdinandus Gon-
zaga,Emanuel Philibertus Sabaudię,Alexander Farneſius Par
mæ Duces,qui ſanè priſcis nulla re cædant. Sed omittemusne
tot Vrſinos, Vitellios, Baleonos, Vicecomites? an ſilebuntur
Farinata Vbertus,Martinus Turrianus,Vguccio Fagiolanus,
Caſtruccius Caſtracanis,Albericus Balbianus,Franciſcus Buſ-
ſonius Carmagnola, Gattamelata, Iulianus, & Ioannes Medi-
cei, Bartholomæus Liuianus, Iacobus Triuultius, Franciſcus
Gonzaga,Pyrrhus Stipicianus. Hoc intereſt, quòd antiquorũ B
multi clariſsimas nacti occaſiones rerum gerendarum, nobi-
liſsimosq́. ſcriptores nomen illuſtriſsimum ſunt adepti, quod
noſtris vtrumque non euenit. Cæſar prouectæ erat ætatis, &
nullo propè loco habebatur, nihil ei magnum, in quo potuiſſet
oſtentare ſuas virtutes,commiſſum fuerat. annorum ſexdecim
ſpatio occaſiones habuit maximas,quibus honorificentiſsima
tranſegit, decennio Gallias adminiſtrauit, ſexennio aut bellis
ciuilibus eſt occupatus,aut his expeditis Remp. dictator admi
niſtrauit. Quod niſi has occaſiones Cæſar habuiſſet,nihili fie-
ret à nobis. quod autem de Cæſare dicimus, eadem de reliquis C
dici poſſent. atque ita non ea de cauſa Itali noſtræ ætatis, ac
ſuperioris, quos memorauimus, minoris æſtimandi ſunt à no-
bis, quàm quicunque in Romana Rep. rei militaris ſcientiſsi-
mi iudicantur, ac celebrantur, quod non tot, ac tanta geſſere;
geſsiſſent enim,ſi incidiſſent in ſimilia tempora, ac res. Hinc
vſque ad annum quingenteſimum Romæ nõ fuit militũ Ductor
vllus,qui memorabiliora geſſerit,quàm ſupra à nobis recitati,
atque alij prętereà plurimi,qui poſt exactos per Calorum Ma-
gnum Longobardos extitere. Nam quomodo Venetorũ, Ge-
nuenſiumq́. Reſp. ex tanto tempore incrementa tanta cœpiſ- D
ſent, niſi valentiſsimis, bellicarumq́. rerum peritiſsimis viris
abundaſſent? Videmus imperium iſtarum maius,quàm Roma-
norum foret anno quingenteſimo,neque vnquam fuere aut Ve-
netiæ,aut Genua exciſæ ab vllis hoſtibus,veluti Roma à Gallis
euerſa. Et Genua quidem tibi proferet inter alios Guglielmũ
Embriachum,qui multis alijs egregiè geſtis Cæſaream Paleſti
næ expugnauit,Anſaldum,& Hugonem,qui Biblium: At ex alia
parte Anſaldus Auria,Vbertus Turrius,Philippus Longus,An-
ſaldus Pizo,Balduinus Ingo, AlmeriamDerthuſiamq́. in Hiſpa





A nia Saracenis eripuerunt, Simon Vignoſius Chium,Phocæam
vtramque Genuenſium imperio adiunxit,Petrus Fulgoſius Cy
prum tributariam fecit, Renatus Grimaldus Theodoſiam in
Meotide palude ſitam cœpit,Alfonſus Carretus Corſicam,Phi
lippus Auria Chalcidem in Græcia, Tripolimq́. in Africa, Ra-
phaël Adornius Meningem, Petrus Spinola Naxum, & Andrũ
in mari Aegeo,vt Antonios,Andreas Aurias, cũ plurimis alijs
noſtræ ætatis omittamus. Nam de Venetis quid dicemus? ſi-
lentio maxima ipſorum,fortiſsimaq́. geſta prætereunda,quan-
do paucis explicari non poſſunt. Non minus igitur Itali nunc
B fortiores, quam fuerint temporibus vllis priſcis. Sed noſtris
ſcilicet,non eædem,quæ illis,adfuerunt facultates. Amplius au
tem quando iniecta eſt mentio de Genuenſibus, ac Venetis, ſi
dixerimus hos in rebus naualibus præſtare omnibus antiquis
repræhendi non poſſumus.quod ſiquis negat, producat is mihi
quæſo vllum parem Chriſtophoro Columbo Genuenſi, Marco
Polo, Nicolao Zeno, & Aloyſio Muſto Venetis; qui non ſolùm
regendarum nauium doctrina, ſed etiam committendarũ pu-
gnarum fuere excellentiſsimi. Et Chriſtophorus quidem Co-
lumbus non modo Indias Occidentales aperuit, iterq́. ad illas
C poſteris omnibus expediuit, ſed etiam bella multa tranſegit.
At Marcus Polus peragrauit, quidquid eſt ab vltimis Seribus
vſque ad Perſicum ſinum,cuncta circumluſtrans; Nicolaus om
nes oras Boreales,Muſtus Auſtrales vſque ad æquinoctialẽ cir-
culum: barbarorum verò populi multi ſingulis ſuperandi fue-
runt. Vtraque verò Reſp. eſt huiuſmodi,vt neque in Italia,ne-
que vllibi extiterit vlla, quæ tam latum ſimul, ac tam diuturnũ
poſſederit in libertate imperium. fuit quæ latius, vt Romana,
ſed non tam diuturnum ſimul. Nec verò hæc fieri potuerunt,
abſque arte militari. Reſp.Romana poſt expulſos Reges liber-
D tatem tueri non potuit niſi ab anno 244. vſque ad 665. per an-
nos ſcilicet quingentos viginti vnum. Iſtæ autem poſt expul-
ſos Longobardos multo plures,& maximè Veneta. Cuius quã-
ta ſit etiam præſtantia in arte maritima ad vſus bellicos per-
ſpici poteſt ex antiquiſsimo nauali,cui nunquam fuit,aut eſt ſi-
mile in terris. perſpici poteſt etiam ex varijs nauium formis
ad pugnas apte conferendas inuentis.

Verùm enim verò vt vniuerſumq́. argumentũ, quod præ ma
nibus eſt,tractemus;& cognoſcamus non defuiſſe nobis catho-
licis Duces in prœlijs, quos omnibus antiquis opponere poſsi-

mus:ſiquidem priſci ſe iactant in Alexandro Magno,& Cæſare; A
non minores iſtis fuere è noſtris tres cognomẽto, & ipſi, ac re
Magni Conſtantinus,Theodoſius,& Carolus. Themiſtius qui-
dem Philoſophus quamuis à cultu Chriſti alienus oratione pri
ma aſſeueranter non modo affirmat, ſed multis,ac validiſsimis
argumentis clariſsimum facit, Theodoſium præſtare Alexan-
dro Magno robore, ac peritia militari. Numquid autem no-
ſtra ætas vetuſtati cædet? Equidem,ſicut hi præclariſsima geſ-
ſere,neque minora,quàm Cæſar,& Alexander, Carolus etiam
Quintus haud vllis cædet. Numquid enim poſtponetur hic vlli
Regi, Imperatori, aut Duci? An non hic Germaniam totam, B
principesq. illius bellicoſiſsimos in poteſtatem redegit? an nõ
primarias vrbes Italię cunctas,Venetijs exceptis,cœpit? an nõ
rebellantes Hiſpanos domuit? Gallorum fortiſsimum Regem
Franciſcum prœlio ſuperatum per ſuos duces ſui iuris effecit?
Solimanum Turcorum Regem cum potentiſsimo exercitu ex
incredibili armatorũ multitudine conflato in Germanias ve-
nientem retro perterritum timore abire coegit? Profligatis
in Africa Maurorum,Numidarum,Lybicorũ, Turcorumq. co-
piis innumeris Tunetenſe, & alia quædam regna ſua fecit? In
Indijs præterea Occidentalibus per Franciſcum Pizarrum, & C
Ferdinandum Corteſium admiranda geſsit? in Orientalibus
autem per Magaglianum, quo duce nauigationibus totus tel-
luris ambitus, Oceaniq. eſt peragratus, neque maritima mo-
do diſciplina,ſed ferro etiam multis prœlijs aduerſus plurimas
gẽtes feliciter commiſsis itinera ignota aperta,ac totius Or-
bis circuitus eſt perluſtratus? Quis igitur ex antiquis Carolo
Quinto æqualis in bellicis rebus? Cæſari, & Alexandro fuere
bella cum populis Aſiaticis omnino imbellibus,& effœminatis.
Galli, quos ille domuit ferocitate, & animis indomitis polle-
bant,non ſcientia militarium rerum. Gloriam meritò ſibi ven D
dicabit cum pugnandum fuit ei cum Romanis ipſis,Pompeio,
ac filijs eius. At Carolo Quinto pugnandum ſemper fuit cum
pugnaciſsimis Germanis,Italis,Gallis,Hiſpanis,Turcis,Afris.
tam latè verò imperia protulit, vt nemo vnquam latius. Huc
neque fabulando antiqui ad ſuorũ laudes amplificandas per-
uenire potuerũt.Hercules ille in Deos relatus incredibilẽ fert
laudem, quod Hiſpaniæ fines attigerit, columnas poſuerit,
vltra quas nemo nauigarit. Carolus autem Quintus quò pe-
netrauit? Quod ſi de Alfonſo Alburquecio,ac Ferdinando Cor
teſio



A teſio loqui velimus, priſci omnes nullo à nobis loco reputabun-
tur,ſiquidem facta omnium comparemus inuicem. Ferdinãdus
enim Corteſius neque mille Hiſpanis inſtructus plures in Indijs
Occidentalibus prouincias,& Vrbes innumeras, & quidẽ cele-
berrimas aggredi,& oppugnare auſus eſt; aggreſſus autem plu
rimis, maximisq. periculis ſuperatis expugnauit; resq. illi fuit
non cum inermibus,& imbecillibus,ſed armatis,ac fortibus vi-
ris. Vrbes multæ natura, & arte munitæ illi capiendæ fuerunt;
varia fœdera cum populis alijs aduerſus alios ineunda; neque
enim mille hominibus,aut etiam paucioribus ſuorum perficere
B tot,ac tanta potuiſſet, quamuis pauciores illis habens acie di-
micarit aduerſus armatorum centum millia. Denique pauciſ-
mis annis tantum terrarum ſpatium omni opum genere abun-
dãtiſsimũ ſuo ſubiecit imperio,vt penè æquet quidquid Alexã
der ille Magnus deuicit. At Alfonſus Alburquecius eodẽ modo
vix mille armatos ſub ſignis habens multas Arabiæ Vrbes, Ar-
murijq. regnũ, cui multæ in Arabia, Perſiaq. regiones obedie-
bant,expugnauit, ſimiliter Goæ, finitimarumq. Vrbium,& in-
ſularum ditiones, & incredibili auſu vſque ad aureã Cherſone-
ſum penetrans,Malachę ampliſsimum Regnum cœpit emenſus
C tantum telluris tractum longitudine quidem pari, non latitudi
ne,quantum propè Alexander ipſe, vel eius Duces. cum Perſis
verò ipſis congreſſus eſt acie, & Indis, quibuſcum res fuit Ale-
xandro. Armuzium namque Perſici ſinus Vrbs eſt,atque inſula.
Quocirca Iſmaël ille Sophus Perſarum potentiſsimus Rex
miſſa legatione, & muneribus maximo Alburquecium in hono
re,& exiſtimatione ſemper habuit.Duobus autem ducibus iſtis
Ferdinando Corteſio,& Alfonſo Alburquecio in omnibus,quas
fecerunt,expeditionibus pauciſsimi milites erant, auxiliũ nul-
lum,vel tenue ſociorum,terræ prorſus incognitæ, diſsidia mul-
D ta ſuorum ſuperanda, quod ipſis non eſſet imperium ſupremũ,
plurimæ denique inimicorum inſidię,perfidæq. fraudes euitan-
dæ. Alburquecij geſta litteris mandarũt Hieronymus Oſorius,
Lopezius, ac Petrus Maffeius; Cortẽſij verò Lopezius alter,
alijque, quorum ſcripta habentur inter libros Indicarum naui-
gationum. & quando hic agimus de militum ducibus,adnectẽ-
di his eſſent Ioannes Huniades, & Georgius Caſtriotus Epiro-
rota;quorum facta egregia ſuperare videntur humanam fidem
pauciſsimosque,ac propè nullos,niſi ſequi velimus fabulas,ha-
bẽt ex antiquis, qui comparari ipſi poſsint. E quibus omnibus
con-

conſtat, maximam Catholicis eſſe fortitudinem, bellicumque A
robur.

*E comparatione bellorum cum Perſis geſtorum à Romanis, & à Catholicis, et è bellicis machinis, tormentiſque, et è fœminis militaribus apparet noſtros Romanis, & omnibus in bello fortiores. Cap. VIII.*

PErsae, Parthiq. olim Romanis illis anti-
quis formidabiles Imperatorem Valerianum B
cœperunt, in ſeruitutemq. miſerrimè abdu-
xerunt. Iulianum verò interfecerũt intra an-
nos ad ſummum quadringentos, ex quo bella
gerere cœperunt cum Romanis. quid porrò
in cauſa fuit, quod ijdem Perſæ, ſiue Parthi à dedicatione Con-
ſtantinopolis vſque ad Monomachum, quo imperante primum
ſe Græci à nobis abiunxerunt, ab anno ſcilicet tercenteſimo tri
geſimo vſque ad milleſimum quinquageſimum primum per an-
nos ſeptingentos viginti tres nullum cœperunt è noſtris Impe-
ratoribus, catholicis ſcilicet, aut necarunt? Poſtea Diogenes, C
qui fuerit necne è noſtris incertum, à Turcis perfidia ſuorũ ca-
ptus eſt in Aſia; qui verò è Græcis Imperatoribus à Mahome-
tanis ſpoliati fuerunt nobiliſsimis imperij locis, vt oſtendimus
ſigno de interitu fidei Chriſtianæ lib. quarto, ij fuere hæretici
omnes, & à nobis auerſi. Quod igitur noſtris Imperatoribus
haud contigerit id cladis, vt neque caperentur, neque occide-
rentur à Perſis, quod alienis à noſtra fide contigit, ac Romanis
illis antiquis adeo bellicum robur oſtentãtibus, non niſi à pru-
dentia, fortitudineq́. militari euenire poteſt. Nam quod poſtea
Perſæ, vel alij terras imperij Occidentalis occuparint, id eue- D
nit hæreticis imperantibus, ſicut imperante Iuliano accidit, vt
ijdem nonnullas regiones cœperint, exercitumq. Romanũ ne-
cato Imperatore adduxerint in extremum diſcrimen, ex quo
coactus Iouinianus eas illis relinquere, quas tamen prius viuo
Iuliano ceperant: vt videas gentilium ſcriptorum peruerſita-
tem, qui cum fateantur viuo Iuliano regiones illas à Perſis ad-
ductas in poteſtatẽ, tamen id vitiò vertunt Iouiniano, quod ſci-
licet ex pacto eas Perſis reliquerit, vt incolumis cũ exercitu ad
extrema omnia per imprudẽtiã Iuliani cõpulſo dimitteretur.

Ex illo



A Ex illo etiam colligitur bellica catholicorum laus, quod nũ-
quam Romani Imperatores à Chriſto alieni ſunt id aſſecuti
per annos quadringentos, ex quo cum Perſis bella geſſere, vt
illis bello deuictis Regem darent, niſi ſemel imperante Traia-
no. Sed noſtri intra annos trecentos bis dederunt Regem Per-
ſis bello domitis. Mauritius enim Choſroëm Narſete Duce ar-
mis in Perſiã reduxit, & in paterno ſolio collocauit, ſic inquiẽs
ad illum, memor ſis Choſroe præſentis diei; Romani tibi re-
gnum donant; vt Paulus Diaconus, ac Nicephorus teſtantur,
quamuis hic Choſroem ſibi hęc verba dixiſſe ſcribat. Heraclius
B deinde cum nobiſcum bene ſentiret, neque vel Laterani ædes
Romæ ſpoliari mandaſſet, vel incidiſſet in hæreſim, Perſas mul
tis præliis debellauit, eorumq. omnia adduxit in poteſtatem,
vt latè Paulus Diaconus tradit lib. 18. Syroemq. eis capto, &
interfecto Choſroe Regem dedit: atque ita non exactis trecen
tis annis, ex quo à noſtris Cõſtantinopolim translatũ eſt impe
rium, Perſæ victi à noſtris Regem bis acceperunt; quod antea
Romanis à noſtra religione auerſis intra annos quadringen-
to ſemel tantum legimus contigiſſe.

Quod ſiquis obijciat catholicis non eſſe vllum regnũ, quod
C à tam paruis initiis profectum peruenerit ad amplitudinem
tantam, quanta imperij Romani fuit, cui ſanè principium
dedit exigua paſtorum, vel vt aliqui adhuc dicunt, latronum
manus, idque credat ad fortitudinem militarem ſpectare, quã-
uls reuera non ita ſit, & nihil nõ ab initio paruũ detur, ſi reuo-
cetur ad prima exordia, tamen vt omnibus ſatisfaciamus, nos
admirabile euentum producemus hac in re in medium. Anno
Domini ſeptingenteſimo decimo ſexto Pelagius cum mille dũ
taxat Hiſpanis deliteſcebat intra ſpecum propter metũ Sara-
cenorum. Res Hiſpanicæ prorſus acciſæ, atque vt apparet, ſe-
D pultę erant; omnia poſsidebant hoſtes. Egreſsi ſunt illi è latibu
lo, congreſsi fuderunt inimicos, paulatimque ſequentibus an-
nis maiora Hiſpaniarum ſpatia adduxere in ſuam poteſtatem,
nunc eò ventum, vt Orbis terrarum tertiam partem, vt aliqui
metiuntur, obtineant, ac regant. Qua ſimiliter in re perſpici
poteſt, quid hæretici à Catholicis differant. Eodem namque
anno, quo concluſi erant Hiſpani illi in ſpelunca, Imperatores
Conſtantinopolitani tenebant imperio Italiæ magnam partẽ,
Rauennæ exarchatum, Romam, Ducatumque eius, Apuliam,
Calabriam, Sardiniam, Siciliam, Græciam, minoremque Aſiã

cum

cum ſuis inſulis,& multis finitimis locis.Deſciuere Græci à no- A
bis: Hiſpani cum regnantibus Vitiza, & Roderico deſciuiſſent
antea,mox redierunt. Nunc aſpice, quò peruenerint bellica
fortitudine Hiſpani illi mille intra ſpecum concluſi, vt nunc
Orbis terrarum tertiam propè partem contineant imperio.
contra nunc aſpice,quantam fecerint hæretici Græci ruinam,
quò ſint depreſsi ex altiſsimo illo Imperij gradu: & tamen ni-
hil magis cõtendebant Mahometani quàm vt Hiſpanias tene-
rent;& nos nihil magis conati ſumus q̃ vt Gręciæ labenti opem
ferremus. atq; Hiſpani præ Græcis in auxilijs ferẽdis nullo pro
pè loco fuerũt. adeo nulla vis hæreticis,nullum militare robur B
adnitentibus fruſtra catholicis eos adiuuare, quos Deo firmũ,
fixũq. eſt conterere, & ad nihilum redigere. ſic Hungaria non
prius expugnata,quàm virus hæreticorum illam peruaſerit &
contaminarit.

Illud autẽ clariſsimè oſtendit,quanto noſtri interuallo poſt
ſe relinquant antiquos in bellis adminiſtrãdis. nam potiſsima
illorum bene expediendorum pars eſt poſita in machinis, &
inſtrumentis. Hinc ille Demetrius cognomento expugnator
Vrbium dictus maximæ apud omnes admirationi fuit, quod
in illis plurimum valeret. Hinc Archimedes ille apud Roma- C
nos, eum Syracuſas diu oppugnarent in multa exiſtimatione
habebatur.Hinc ijdem Romani apud Gallos immẽſum ſibi ho-
norem cum magno hoſtium timore compararũt,quod machi-
nas admirandas tractarent,ac mouerent.Sed vetuſta illa nugę
ſunt,atque vmbræ futiles præ noſtris. Nam quid habent arie-
tes,& catapultæ, quod conferatur igneis noſtrorum tormen-
tis? Cuniculi, quos agebat Cæſar ad inuadendas Vrbes, nun-
quid comparandi cum ijs, quos Petrus Nauarra dicitur inue-
niſſe,quique igneo puluere replentur,atque vbi inieceris ignẽ,
continuo videas maxima propugnacula, totas arces à funda- D
mentis conuelli, in aëra ſublimes diſijci, omnia ſurſum deor-
ſum ferri? Suſpiciebatur Archimedes, quod vitrea quædam
ſpecula inueniſſet quæ cum Sol percuſsiſſet, flammas concipie-
bant,& naues procul poſitas adurebant. Nunc haud opus So-
le,è tormentis noſtrorũ globi emittuntur,ac longiſsime proij-
ciuntur;qui continuo attollant incendia,vbi inſederint, & om
nia latè corripiant,& exurant,ita vt Stephanus Battorius Po-
loniæ Rex plurimas Vrbes; & arces Moſcouitici imperij, qui-
bus erant mœnia firmiſsima vallis, ac propugnaculis optimè
muni-



A munita,facilè tamen cœperit,quod domus intra ambitum mu-
rorum poſitæ ligneæ forent. Riſum moueat ſiquis antiqua his
noſtris auſit opponere. Quantum præſtant itaque hæc noſtra
priſcis illis,tanto nos præſtamus antiquis arte militari.

Audiamus aliud. Anno milleſimo quadringenteſimo vigeſi-
mo ſecundo, cum Carolus Francorum Rex obijſſet, Angli om-
nia Gallicani regni munita,ac præcipua loca occuparãt,iamq́.
actum de rebus Gallicis omnino erat. Carolus nanque ſepti-
mus bis acie fuſus in ſummam ſuæ fortunæ deſperationem ve-
nerat. Sed Ioanna puella annorum non amplius octodecim ad
B Carolum venit prædicans ſe à Deo miſſam, vt obſidione Aure-
liam liberaret, vtq́. eum Rhemos ad vnctionem ſacram perdu-
ceret. examinata à præſtantiſsimis Theologis ſanctiſsimè re-
ſpondit,ac prudentiſsimè. Idcirco ad Aureliam obſidione ſol-
uendam,commeatumq́. importandum cum exigua militũ ma-
nu ire iuſſa,armis fulgens,equoq́. inſidens, ſignũ militare can-
didi coloris, in quo Chriſti imago lilium manu geſtantis con-
ſpiciebatur, tulit, & ſpectantibus hoſtium copijs Vrbem cum
commeatu intrepide eſt ingreſſa. Angloſque, vt ab obſidio-
ne recederent prius monitos, neque obſequentes ſexto Kal.
C Iun.milleſimo quadringenteſimo vigeſimo nono adorta profli-
gauit. in ipſo ardore pugnæ ictu ſagittæ vulnerata inter hume-
ros, & collum, neque pedem retulit, neque obligari vulnus eſt
paſſa, quin acerrimè prœlians haſta, gladioq́. multos hoſtium
proſtrauit. Multas deinde Vrbes bello eadem fortitudine, ac
felicitate recepit,atq; Anglos plurimis prœlijs fudit, Regemq́.
Rhemos ad inaugurationem ſacram ſuſcipiendam per medios
hoſtes viriliter produxit, & Gallorum res omnino acciſas, op-
preſſas,ac perditas ſubleuauit, erexit, atq; in priſtinum robur,
ac ſtatum reuocauit. Poſt quæ cunctis res ex omni ſæculo haud
D viſas,vel auditas demirantibus, fortè in manus hoſtium venit;
qui liuore ſuffuſi, odioq́. iniquiſsimo inflammati fortitudinem
puellæ diuinam magicis artibus attribuentes, atrociſsimo cru
delitatis exemplo puellam concremarunt. Sed anno milleſi-
mo, quadringenteſimo ſexto è reſcripto Calixti Romani Pon-
tificis cauſæ cognitores cõſtituti Ioannes Archiepiſcopus Rhe
menſis, & Vuilelmus Pariſienſis innumeros teſtes omni exce-
ptione maiores ſuper eius innocentia,modeſtia,caſtitate,& re-
ligionis puritate examinarunt, eamq́. innocentiſsimam com-
pererunt,ac pronunciarunt. actaq́. ſeruantur adhuc in ſcrinio

H Pari-

Pariſienſis Eccleſiæ, quod teſtatur Papirius Maſſonus. Eadem A
ſcribunt Alanus, qui res Caroli Septimi Gallico ſermone ſcri-
pſit, Gerſon Theologus ætatis illius, Leonicus Chalcondylas li-
bro ſecundo de rebus Turcicis, Æneas Syluius, qui hac ætate vi-
xit, Fulgoſius libro tertio, Sanctus Antoninus, Corius Mediola-
nenſis, Paulus Æmilius. eius etiam geſta latè narrat Polydorus
Virgilius in vita Henrici ſexti, ſententiamq. latam in illam lõ-
gè, latèq. poſt homines natos duriſsimam vocat. Vt igitur an-
tiquitatem totam perueſtiges, exemplum ſimile Ioannæ puel-
læ non inuenies; Virgo nulla ſe offeret, quæ enſem ſtrinxerit, in
acies armatas haſta incurrerit (hoc tamen commune illi cum B
multis) exercitus præterea duxerit (& hoc etiam fœminæ ali-
quot egere) ſed quæ cum rebus hiſce ſimul regnum alias inter
alia totius Orbis regna florentiſsimum mox pene euerſum re-
ſtituerit manu, conſilioq. ſuo in antiquum, celebreq. decus id ſa
nè ſolius eſt Ioannæ Tullenſis. Potuit Tomyris Scytharum Re-
gina ſiue ſuo, ſiue ſuorum conſilio, incertum, pertrahere in inſi-
dias Cyrum, profligare ipſius exercitum, ſed an ſua id induſtria
perfectum ſit, ignotum. Neque tamen enſem ſtrinxiſſe legitur,
neque regnum nacta eſt rebus omnino deſperatis. ſicuti neque
Zanobia illuſtriſsima Palmyrenorum Regina, quam deuictam C
duxit Aurelianus in triumpho. Amazonum verò narrationes
meritò vt fabuloſas deridet Strabo lib. vndecimo. Quod ſi Va-
laſchæ Bohemicæ geſta ſunt vera, laudes quodammodo Ioannæ
Tullenſis aſſequeretur, ſi vel tot Vrbes cœpiſſet, vel aduerſus
bellicoſiſsimam, nec minus armis, quàm conſilio, & opibus in-
ſtructiſsimam tunc Anglorum gentem pugnaſſet; non autem
aduerſus homines ſuæ gentis ferocia potius, quam belli cõſilijs
valentes; aut denique Bohemicum regnum tanti tunc fuiſſet,
quanti Francorum, & Galliæ totius. Ioannam Tullenſem lon-
go interuallo conſequitur Maria Puteolana Virgo, cuius me- D
minit Petrarcha, laudeſq. recenſet libro quarto epiſtolarum,
Vrſina Taurella, Montisfortis Comitiſſa, Orietta Auria, quæ
omnes armis ipſæ in acie ſteterunt hoſtes feriendo, fugando,
occidendo; meminitq. illarum Baptiſta Fulgoſius lib. 3. cap. 2.
Et Aurietta quidem cum claſsis ingens Amurathis Turcarum
Regis inſulam Lesbum obſediſſet, oppidaniq. viribus, atq; om-
ni re ad obſidionem ſuſtinendam deficientibus deditionem ſpe
ctarent; ipſa abſente Cataluſio viro inſulæ Domino armata in
medium proſilijt, cunctoſq. viriliter hortata incredibilis auda





A ciæ exemplo eruptione facta conſiſtens, ac procurrens in acie
prima tanto impetu in Turcas incurrit, vt eos fuderit, ac maxi
ma ſtrage edita in claſſem ſe recipere coëgerit, inſulamq. libe-
rarit; quòd poſt alios Vbertus Foglietta in Elogijs teſtatur.
Eant nunc Romani Clæliam ſuam laudibus ſummis extollant,
num poterunt his vllam fœminam parem proferre? numquid
Italiæ tota, quanta eſt, vetuſtas? & imbelles Italos poſt
Chriſti religionem ſuſceptam dicemus? Quid verò dicemus
de fœminis Alemannis, quæ ad expeditionem Hieroſolomita-
nam ſunt profectæ? Audi, quid de eis Nicetas Choniata Græ-
B cus illorum temporum ſcriptor, qui vidit exercitus ipſos, di-
cat; inter quos, Alemannos, inquit, & mulieres erant non con-
iunctis pedibus, ſed virorum inſtar diuiſis, ſuper pallijs equitan
tes, haſtatæ, atque armatæ, ac virili habitu ornatæ, Martio vul-
tu, Amazonibus audaciores; inter quas vna excelluit, quaſi al-
tera Pentheſilea, quæ ob faſtigia, & limbum veſtium auro inter-
textum, Auripes vocabatur. hæc ille. Sed hæc communia no-
bis cum multis. illud ſingulare, vt extiterit è nobis tantæ for-
titudinis, ac prudentię virago in prœlijs Ioanna Tullenſis, quã-
tæ antiquitas tota nullam proferre poſsit, niſi fabulis aures
C cum credulis nonnullis, atque hac parte nimirum leuibus da-
re velimus. Quod igitur noſtrorum nullus Imperator fuerit
per tot ſæcula à Perſis interfectus, aut captus, cum tamen ex
antiquis occiſus Iulianus, abductuſq. in ſeruitutem Valeria-
nus, ac noſtri ſimiliter minori ſpatio temporis Reges bis dede-
rint Perſis, inuenerintq. machinas bellicas, tormentaq.
huiuſmodi, vt priſca ſint præ illis nulla, fœminas ha-
buerint in prælijs conſerendis, exercitibuſq.
ductandis admirandas, hinc fit no-
ſtros antiquis longè fortio-
res in bello.

D

*Soluuntur obiecta quædam Macchiauelli quantum ad pauperta-tem Chriſtianam, & nomina Sanctorum, & contra ipſum retorquetur. Cap. IX.* A

AT enim, dicet aliquis, nihil eſt quod moueat magis homines ad prȩlia committenda, fortiterq. pugnandum in acie, quàm prȩmiorum ſpes, quæ poſita eſt in nummis, & honoribus. Tolle honorem, tolle pecuniarum deſideriũ, quis erit pugnæ cupidus? Prædandi ardore B impellitur miles, aut dignitatis aſſequendæ cupidine. Hic finis illi, aut vtilitas, aut gloria. Ad hæc accedant vindicationis ſtimuli. mirum enim, quantum poſsit animus deſiderio repetendæ pȩnæ, iniuriæq. puniendæ inflammatus: Chriſtiana autem religio facit homines honorum, diuitiarumq. omnium deſpicientes, nihil non ignominioſum tolerantes. Atq; hæc quidem dicet impius. Verum male ille concludit.

Nam ſi pecunijs moueatur animus militis, ſi humanis honoribus, quam tenuiter accendetur, quàm breui refrigeſcet? Verè enim canebat Horatius futurũ, vt ſimulatq. hæc miles qua- C liacumque fuerint, modo præſenti, atq; vrgenti neceſsitati ſeruientia, adipiſcetur, continuò pedem referat; neque velit in aciem deſcendere, aut adire vllum periculum.

*Luculli miles collecta viatica multis*
*Ærumnis, laſſus noctu dum ſtertit, ad aſſem*
*Perdiderat: poſt hoc vehemens lupus, & ſibi, & hoſti*
*Iratus pariter, ieiunos dentibus acer,*
*Præſidium regale loco deiecit, vt aiunt,*
*Summè munito, & multarum diuite rerum.* D
*Clarus ob id factum, donis ornatur honeſtis:*
*Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia nummûm.*
*Forte ſub hoc tempus caſtellum euertere prætor*
*Neſcio quod cupiens, hortari cœpit eundem.*
*Verbis, quæ timido quoque poſſent addere mentem.*
*I bone, quò virtus ſua te vocat: i pede fauſto,*
*Grandia laturus meritorum præmia. quid ſtas?*

*Poſt*



A *Poſt hæc ille caſus, quantumuis ruſticus, ibit,*
*Ibit eò, quò vis, qui zonam perdidit, inquit.*

Horatius idem Romanos idcirco imbelles ait factos, quod diuitijs operam darent, atque ob id eas in mare abijciendas.

*Vel nos in mare proximum*
*Gemmas, & lapides, aurum & inutile*
*Summi materiam mali*
*Mittamus, ſcelerum ſi bene pœnitet:*
B *Eradenda cupidinis*
*Praui ſunt elementa, & teneræ nimis*
*Mentes aſperioribus*
*Formandæ ſtudijs, neſcit equo rudis*
*Hærere ingenuus puer.*

Hinc alibi idem.

*Anguſtam amici pauperiem pati*
*Robuſtus acri militia puer*
C *Condiſcat; vt Parthos feroces*
*Vexet eques metuendus haſtas*
*Vitamq. ſub dio, & trepidis agat*
*In rebus.*

Et ſanè ita conciderunt Aſſyriacum, Babylonicum, Ægyptiacum, Perſicum, Græcanicum, cæteraq. imperia, milites aſſueſeciſſe nummis, opibusq. cupiendis, ac parandis. Iam quis ignorat quam ſint infidi, qui venales animos habent? profectò quicunque capitur nummorum promiſsionibus, illi ſe ſe addi- D cet, qui aut maiores pollicitationes proferet, aut gradus honorificentiores, quàm male agetur itaque cum illo, qui talibus ſe ſe animis ad omnem ſponſionis cuiuslibet auram mobilibus committet? Deſeretur is, cui nihil, aut perparum pecuniæ ad manus erit. Quomodo autem periculum mortis vllum volet ille adire, aut ſuum caput alicui diſcrimini objicere, cui ſpes in hiſce rebus terrenis fluxis, & caducis? Nam quid iſtis quæſo faciat defunctus? is cui nullus eſt huiuſmodi rerum ſenſus? Quiduis potius cogitabit, quàm vitam ponere pro Republica, ſpoliari amatiſsimis opibus, auro, fundisq. partis. Verè de militia

litia ſic inſtituta poterit illud vſurpari: ò militiam venalem, & cito perituram, ſi emptorem inuenerit. A

Anno ab Vrbe condita quingenteſimo quadrageſimo, vt è Liuio, & Appiano Sigonius in faſtis adnotauit Romani primũ cœperunt in caſtris habere militem mercenarium; non Romanum quidem, ſed Celtiberum. Ex illo maximè cęperunt etiã Romani inter ſe mutuis bellis diſsidere, ac dilaniari, obortaq. ſunt præter ſeditionem Gracchi, ſocialia bella, ciuiliaq. inter Marium, & Syllam; Cæſarem, & Pompeium; Triumuiros, & Caſsium, Brutumque, Octauianum, & M. Antonium, atque alia nonnulla non adeo grauia. Quamobrem milites omnino aſ- B ſuefacere ad pecuniarum, dignitatumq. ſpem, multa continet abſurda. At quanto ſecurius, quanto nobilius erit expectatione multo amplioris mercedis eius animum percellere, & commouere? Nam ſi ſpes exigui tantas habet vires, tantos affert conatus, maximi præmij maximos adducet. Quocirca nihil æque inflammabit illum, quàm ſi certiſsimò credat forè, vt à Deo conſequatur æternæ beatitudinis remunerationem, dum pro iuſta cauſa bellat. nam veluti cælum longiſsimè à ſe contraria repellit, neque peregrinas, vt aiunt, impreſsiones admittit, ſic qui cæleſtibus adhærebit, hoſtes validiſsimè reijciet, C proſternet, nihilq. ab illis quodammodo patietur.

Hinc etiam conſequetur, vt nemo vnquam pugnare velit, niſi adſit iuſtitiæ ratio, vel non ita rapientur homines ad humanum ſanguinem fundendum leuiſsimis occaſionibus interdum commoti, cum ſibi firmiter perſuadent ſe caſtigandos, aut remunerandos cum vel iuſtè, vel iniuſtè ferro certarint. Viderunt hoc olim Romani illi priſci antequam laberentur in deteriora, ac domeſticis diſsidiis dilacerarentur, vel adducerentur in poteſtatem Imperatorum barbarorum. Cauebant in primis ne quid aduerſus fas, & omnium gentium leges in bello ſu- D ſcipiendo committerent, neve cupiditate rapiendi aliena ferrentur, vt oſtendemus alio libro: deinde iuramento milites aſtringebant, ne ſui Ducis præſcripta vllo modo traſgrederentur, ſed prorſus eius mandatis obediret, quod Polybius libro 6. in Romanis ſeuerißime ad vnguem ſemper obſeruatum fuiſſe demiratur ſuperſtitioni quodammodo aſcribens, quòd illis eſſet perſuaſiſsimum iuramenti violatores ad infera detrudi, ac tormentis æternis adiudicari, contraria vero præmia reponi ijs, qui bene egiſſent, ac vitæ rectum curſum tenuiſſent.

Atque



A Atque hoc eſt, quòd Romanos ad ſummum rerum, ſupremiq; imperij faſtigium prouexit, continuiſſe in officio milites, diſciplinaque exactiſsima metu diuini numinis, quod cui ſe quis iuramento obligaſſet. Alioquin fruſtra tot leges eis, tot pænas ac præmia propoſuiſſent. Quamobrem cum ſpernere illi iuramenta, ac varijs, exteriſque contaminati ſuperſtitionibus, & fabulis multo indigniſsima de Deo, diuiniſque, quàm prius ſentire, & quod olim ſtabili perſuaſione infixerant animis, in eo titubare, aut potius nihil de Deo credere auditis Epicureorum placitis cœperunt, ac dicere cum illo:

B *——credat Iudæus Apella:*
*Non ego. namque Deos didici ſecurum agere æuum:*
*Nec ſi quid miri faciat natura: Deos id*
*Triſtes ex alto cæli demittere tecto.*

Tum vero non minus quiuis Italus, Hiſpanus, Afer, Gallus, Syrus, Arabs, Dalmata, Pannonius, Myſuſue bello valere cæpit, quàm Romanus: Italique omnes admiſsi in ciuitatem, quãuis alibi ſedes haberent, non in Vrbe: & mox omnes Imperio Romano ſubiecti; illudque venit in manus poſt multa bella ci- C uilia, multas Italiæ vaſtitates illatas non modo Imperatorum Romani ſanguinis, quod fuit vſque ad Neronem, ſed Italicorum præterea, ac defuncto deinde Nerua Hiſpanienſium, Afrorum, Gallorum, Syrorum, Arabum, Myſorum, Pannoniorum, Dalmatarum, vt explicauimus libro ſecundo de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu. ſic vbi Romani Imperatores, qui Chriſtum ſe qui profitebantur, hæreticis militibus, quibus nulla eſt certa religio, nulla eſt reipſa fides, vti cæperunt, Vandalis, Gothis, atque iſtis gubernacula bellorum gerendorum crediderunt, ruinam duxit Occidentale imperium, quòd aperuimus ſigno D de amicitia quadrageſimo primo lib. 10. cap. 8.

Stet itaque nihil æque militibus animos addere ad præliandum, quàm iuſtas ob cauſas pugnantem certo credere bonis bene, malis male futurum poſt mortem, Deumque pro meritis ſuum cuique retribuere. Hinc legimus apud Herodotum, cæteroſque olim nulla bella ſuſcipi ſolita ab vllis populis aut Regibus, niſi oraculis conſultis, quod ſcilicet, fidem facere vellent ſe de ſententia cęlitum venire ad certamen. & Romani nihil agebant, niſi libros Sybillinos conſuluiſſent: præterea verò, quòd cæteris gentibus erat inuſitatum, fæciales miſiſſent, qui pete-

rent,

rent, vt deſiſteretur ab iniuriis inferẽdis, aut ſatisfieret illatis. A
Amplius autem ſuperſtitioſe auguriis, & aruſpiciis operam
dantes id perſuaſum cunctis volebant, à nutu diuino nihil non
ipſorum pendere. Atque ita quando non poterant aſſequi, neq;
aſſequebantur Dei veri cultũ, & gratiam, miſerrime hærebant
in vmbris, & ſpectris; & ijs tamen multa maxima conficiebant.
exemplo eodem grauiſsima ſunt aggreſsi Reges omnium ſum
mi, & celeberrimi copiarum Duces. Alexander ſe Ioue natũ
credi volebat, ipſiusque iudicio cuncta abs ſe ſuſcepta bella ad-
miniſtrari. de Cæſare illud euulgatũ; ad Rubiconem ſpectrum,
ſibi admirabile adſtitiſſe, quod hortaretur ad arma capiẽda in B
aduerſarios ſuos; Sertorius ille fingebat ad ſe albam ceruam
diuinitus miſſam, quæ moneret ipſum, quid ſingulis in rebus
agendum ſibi foret. Atque ita cuncti vel aliorum generalibus,
vel ſuis ſingularibus ſunt vſi modis, per quos militibus perſua-
derent, ſibi ſuperos adeſſe ac fauere, ac proinde ne dubitarent
manus conſerere, ac certare.

Verum enimuero falſa iſti, cæterique omnes conſectati ſunt,
quamuis aliquando magna patrarint adeo valet vel vmbra ve-
ritatis. Chriſtiani, quibus, ſi comparentur antiquis, nulla eſt
exercitatio militaris, quique veræ religioni, quam Pontifex C
Romanus decernit, adhærent, verè Deum Ducem ſequuntur
in bellis iuſta de cauſa rite ſuſceptis. atque ideo ſi volunt ſibi be
ne eſſe ac feliciter; numquam debet vnguem latum recedere ab
illo, ſtudioſisq. illius, ſiue illi iam vita migrarint, & in ſuperis
ſint; ſiue in terris verſentur, aut eius nomine ſuis Præſideant,
ſcientes eum vocari exercituum Deum, qui pugnantibus ani-
mos adimat, atque addat.

Quod verò ait Macchiauellus non eſſe ſanctorum nomina
noſtris infantibus imponẽda, quòd illi fuerint imbelles, verum,
quò excitetur ad præſtantiam militarem imponenda, quæ tu- D
lerunt priſci illi bellicarum rerum gloria ante ortum Chriſtum
florentes, qualia ſunt Herculis, Achillis, Alexandri, Pyrrhi, An-
nibalis, Pompei, Cæſaris, aliorumq. huiuſmodi, id omnino ridẽ-
dum. Quid enim quæſo commouit iſtos ipſos ad bellicum ro-
bur, ad audenda, & edenda facinora? num nomen, quo appella-
bantur? Atqui ante ipſos nemo iſtius appellationis paulo ce-
lebrior fuit; non igitur inflammantur animi pugnantium re-
bus hiſce ad egregia patranda. Quid autem, quod poſt obitum
ipſorum, cum multi fuerint eodem nomine, nemo eſt, qui inſi-





A gne quidquam ſit aggreſſus, cuius aliquod factum laudabilius
celebretur? Quin multi ignauiſsimi ea nuncupatione memo-
rentur, quaſi euenerit ipſis, quod Græcus quidam dixit.

*Τις πατέρα αἰνείση εἰ μὴ κακοδάιμονες ὗκοι.*
*Quis patrem extollet, ſoboles niſi ſordida, vilis?*

Hoc enim ſæpe contingit, vt nonnulli putent hoc ipſo ſe excel-
lentiſsimos, quod inane nomen excellentis alicuius gerant, in-
ſtar corniculæ illius Æſopicæ facti, quæ pulcherrimarum volu-
crum plumis ſe ſe operuerat. An verò accidet, quod eſt conſe-
B cutum.

*——moueat cornicula riſum*
*Furtiuis nudata coloribus?*

Illud eſt multis mortalibus vſitatum, vt multo facilius imitẽ-
tur vitia, quàm virtutes alicuius. Quid igitur eueniet? In iſtis
Ducibus, ac Regibus antiquis fuere vitia enormiſsima. non eſt
opus ea referre. quiuis antiquitatum peritus recordabitur.
Cum quis itaque nomen illorum geret non ad virtutes expri-
mẽdas feretur, ſed flagitia. nam protinus habebit in promptu,
C quo ſe excuſet. Alexander ebrioſus erat, plures amicos abſq;
vlla cauſa occidit. Annibal nulla fide fuit, crudeliſsimus. cui
fuerit agnominatio iſtorum, protinus ille ad iſta præclara ex-
citabitur, atque habebit, quo ſe glorioſe tueatur, ac vendicet
ab omni reprænhenſione. Thraſo ille Terentianus ſic certè.

*ita olim Pyrrhus factitabat.*

Cum ſcilicet ob timorem, ſibi poſtremum locũ delegiſſet in pu-
gna, arrepturus fugam, daturusq. ſe in pedes, ſiquid primis ma
li accidiſſet. Traianus Hiſpanus, Septimius Seuerus Afer, Dio-
D cletianus Dalmata ſcribuntur pugnaciſsimi, ac bellicoſiſsimi
fuiſſe. Atqui haud curarunt iſtas nuncupationes.

*——Eutrapelus cuicunque nocere volebat*
*Veſtimenta dabat pretioſa, decorus enim iam*
*Cum pulchris tunicis ſumet noua conſilia, & rem.*

Inquit Horatius: Sic qui vellet alicui nocere, non ineat aliam
viam, quàm traditam ab iſto noſtro. Quicunque induet ſpe-
cioſos huiuſmodi titulos, propè ſibi videbitur eadem, quæ pa-
trarunt illi, ad exitum perduxiſſe. ac veluti ſolent delicatuli fi-

lij diſsipare opes à parentibus multo ſudore partas, ſic formuſuli iſti ſub vmbra glorioſi nominis cõquieſcentes ſomno ſe dabunt. An non ita? quis poſt Herculem fuit Hercules? quis Annibal poſt Annibalem? quis poſt Cæſarem Cæſar magni nominis? Atqui ego oſtendam, longe ſecus obtigiſſe noſtris Regibus, ac militum ductoribus, qui Sanctorum nomine ſunt appellati, aut ſuperiorum Regum, vel Imperatorum. Alfonſi plures in Caſtella, & Luſitania fuere fortiſsimi Reges, qui bello preclariſsimas victorias ex hoſtibus ſunt adſecuti, qui à ſancto, ſiue Ildefonſo, ſiue Alfonſo, (idem namque eſt vtrumque) ſunt nominati. Eodem modo Ferdinandi plures ab eiuſdem nominis Sancto dicti. Idem dicimus de Canutis Daniæ, Eduardis Angliæ, Venceslais Bohemiæ, Ladislais Hungariæ, Cazimiris Poloniæ, Ericis Sueuiæ, Henricis, Fridericis, Othonibus Germaniæ, Ludouicis Galliæ Regibus. quorum ſanè omnium nomenclationes à Sanctis deſumptæ ſunt. En igitur, vt nomina Sanctorum noſtris infantibus adiecta magis eos commoueant ad gloriam militarem, quam nomina priſcorum, qui fuerint à nobis, & à ſanctitudine alieni. Quin neq; illa priſcos ipſos tantillum mouere potuerunt, ad contraria potius impulerunt, & ad repræſentanda, quæcumque in illis erant ſceleſta, ac fugienda. Equidẽ video inter noſtros ab illis magnificentiſsima præſtita, & quæ omnem ſuperent antiquitatem, qui à Sanctis manſuetiſsimis appellationem cœperunt. Alfonſus ille Alburquecius, qui vſque ad auream Cherſoneſum Luſitanici imperij cõfinia protendit, Afros, Arabas, Perſas, Indos cis, & vltra Gangẽ deuicit, aggreſſus, quæ nemini vmquam venerunt in mentem, ſancto nomen acceptum refert. Idem dicimus de Chriſtophoro Columbo Genuẽſi, qui nobis iter ex omni æuo occluſum primus ad Indias Occidentales aperuit; de Ferdinando Corteſio, de Franciſco Pizzaro, è quibus ille ampliſsimos tractus Mexicanos, hic Peruanos adduxit in Hiſpanorum poteſtatem. Mauritius, ac Baſilius Macedo poſt Conſtantinum primas ferunt in bellicis laudibus inter Imperatores Orientales. Nam Mauritius quidem Perſica regna occupauit, Baſilius hoſtes imperij vltra Euphratem ſummouit. Ambobus nomenclatio fuit à ſancto. Inter Italos duo maximè ob excellentiam militarem celebrantur Franciſcus Sfortia, qui principatum Mediolanenſem ſibi armis acquiſiuit, & Franciſcus Maria Ruereus Vrbinas. Atqui Franciſcus Aſsiſias patientia fuit, ac lenitate admirabili,



bili, ac planè cæleſti. Ab hoc vterque illorum nominatus. En igitur, vt contraria prorſus dicenda, & concludenda è certiſsimis euentis, quàm quæ effutierit iſte homo, ſiue reſpicias antiquorum, ſiue noſtrorum nomenclationes. E priſcis, qui fortiſsimi habentur, à nemine ſuperiorum nomen acceperunt; & qui ipſorum nomen tulit, haud refert etiam facta. Cõtra è noſtris, qui ſunt à ſanctis dicti, bellicoſiſsimi fuerunt. Quid ita? ſicut infima corpora à ſupremis illis cientur, ſic animi ab animis cæleſtibus, qui ab exercituum Deo robur acceptum noſtris immittunt ad maxima aggredienda, & conficienda.

*Dijs te minorem quod geris, imperas:*
*Huc omne principium, huc refert exitum.*

De ſuperis loquens aiebat Horatius; quorũ inſtar noſtri mitiſsimi ſunt, ijdemq. fortiſsimi, & inexpugnabiles. ſuũ tempus eſt manſuetudini maximæ, ac ſuum fortitudini exercendæ. canibus, atque equis vtimur ad voluptates, ac delicias leniſsimis, atque obedientiſsimis, ad pugnas cruentiſsimas iiſdem pariter implacabilibus quodammodo, & efferatis. Api ingenioſiſsimæ animalium poſt hominem mel eſt dulciſsimum, vt à nullo tanta dulcedo, eidem ſtimulus, quem carnibus infigat, acutiſsimus, & quaſi veneno aſperſus. Elephas placidiſsimus eſt, ac ſimul etiã pugnaciſsimus. Leones quamuis feri dicuntur in obſequentes, ac proſtratos eſſe ſupra omnes feras maximè placidi, & innocui. Ouidius Triſtium. lib. 3. Elegia. 5.

*Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis ira.*
*Et faciles motus mens generoſa capit,*
*Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe Leoni.*
*Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis, habet.*
*At Lupus, & turpes inſtant morientibus Vrſi;*
*Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.*

An deſunt nobis Conſtantini, Theodoſij, Caroliq. Imperatores cognomento ob rerum geſtarum ſublimitatem Magni, à quibus nomina mutuemur, niſi cælitum velimus ob reuerentiã, ne obtrudamus impietatem? Antiquos iſti omnes non modo æquarunt, ſed longiſsimo interuallo ſuperarunt. Crux iſtis patientiæ ſummæ vexillum, fuit inſigne in manibus conſerendis, fugandis hoſtibus, ac vincendis. Atque ita manſuetudinis ſigno,

 gno,

gno:non crudelitatis,inimicos vicerunt,& quidē illos,qui con- A
traria ſigna explicabant,Conſtantinus Maxentium,& Liciniū,
Eugenium verò Theodoſius, de quo ita Claudianus poëta non
Chriſtianus.

*——non inſultare iacenti*
*Mallebat: mitis precibus,pietatis abundans,*
*Pœnæ parcus erat: paci non intulit iram.*
*Poſt acies odijs idem qui terminus armis.*

Ac talis fuit, quem Themiſtius Philoſophus nobiſcum non
eadem ſentiens de religione præfert Alexandro Magno. Ac B
ſuadebit aliquis, vt inferorum nomina geſtemus? Apage ad
inferos cum doctrina iſta. nos eſſe cum cælitibus, & cupimus
vocabuliſque, ac rebus conamur. Multis verò de cauſis ſan-
ctorum nomen incitabit illo inſignitos ad inimicum vincen-
dum. Ac primum quidem, quòd ſciant ab illis nihili facta om-
nia,honores populares,opes,vitam,vt iuſtitiæ,ac veritati locus
eſſet. & ipſi igitur exemplo horum non retardabuntur amo-
re vllo opum, delitiarum, vitæ, ab irruendo in hoſtes, in aper-
tam mortem,ſi fuerit opus,quando pro iuſtitia,ac veritate pu-
gnant. Rurſus cum norint ſe in tutela poſitos eorum,quorum C
nomine appellantur, & qui pro ipſis preces ad Deum fundunt,
nihil omnino verebuntur quidquid ex aduerſo ſe opponet, &
contra ipſos præliabitur, quaſi in conſpectu concilij cæleſtis,
ſuperiorumq. omnium bella in hoc mundi theatro contemplā-
tium decertent,in memoriam reuocantes illud,ſpectaculum fa-
cti ſumus Angelis Deo,& hominibus.

*——pulchramq. petent per vulnera mortem.*

Iam verò certi à cæleſtibus haberi odio ſupra omnia flagi-
tioſos obſtinatos,vti ſunt plerumque,qui ſumunt arma pro ini- D
quitate,idcirco in hos vehementiſsimè concitabun-
tur, vt quos vehementiſsimè ſuperi
auerſentur.

Soluitur



A

*Soluitur obiectum Macchiauelli, quo contendit imbelles homines fieri quod Chriſtiana lex iniurias vlciſci vetet, & contra ipſum retorquetur. Cap. X.*

AT,inquit ille,Chriſtiana lex iniurias vlciſci ve-
tat, quippe quæ ſuadeat alteram maxillam
præbere illi,qui vnā percuſſerit; & pallium ra-
pienti,inſuper & tunicam dare. Atqui,ò bo-
B ne homo, aliud eſt loqui de publicis iniuriis,
aliud de priuatis. Publicas perſequi indicto
rite bello haud vetamur. Quocirca id prohi-
bebit tātum Chriſtus,& cauebit, ne aduerſus noſmetipſos exer
ceamus robur,& quidquid habemus fortitudinis; ſed omne id
impendamus,& effundamus in hoſtes,vires omnes iunctis ani-
mis colligamus,& aduerſus illos progrediamur.Id ſi eſt imbel
les homines efficere,viderint cuncti. An ſi quis impediat, ne
manus aduerſus aliam manum ferro ſe armet,eamque præſcin
dat,hoc erit,infirmum corpus efficere? Amputet igitur bra-
C chia,pedes,crura,ac ſi placet,ipſum caput. bellè profectò erit
iſti manui,& corpori vniuerſo.firmitas illi magna erit, & inui-
cta membra. Videre ne priuati ſæuiant in priuatos,id nihil eſt
aliud,niſi vt corpus ſit robuſtiſsimum. Quod ſi membrum mor-
bo tentatur,non continuò vel preſcindendum, vel expediendū
ferrum. Reliqua membra præſtabunt illi officium ſuum, ſemet
expoliabunt omni alio munere,vt ægrotanti opem ferāt;Ama
ra multa perpetientur, quaſi alteram maxillam præbeant, vt
peccanti ſuccurrant. Quod ſi illud ſanari nolit, latius ſerpat
lues,computreſcat,contagione reliquum corpus inficiat, tum
D cultellus educendus,ac diſſecandum quidquid eſt peſtilentis.

Quamobrem neque Chriſtiana lex prohibet, quominus eos
corrigamus,iiſque obſiſtamus,qui pergūt peccare, in deterius
labuntur,præcipites eunt. Si peccauerit in te, inquit Chriſtus,
frater tuus,vade,& corripe inter te,& ipſum ſolum; ſi te audie-
rit,lucratus eris fratrem tuum: ſi autem te non audierit, adhi-
be adhuc vnum,vel duos,vt in ore duorum,vel trium teſtiū ſtet
omne verbum. quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ; ſi autem
Eccleſiam non audierit,ſit tibi, ſicut Ethnicus, & publicanus.
hæc Chriſtus Matth.cap.18.Audiſtin,qua via ſit repugnandum
malis

malis? Adhibenda primum lenia medicamenta. hæc niſi proſint,ad acerba veniendū.proiciēdus, quicumque eſt iniurioſus. A Quod ſi tempus lenia non permittat;periculum ſit in mora, ſiquis verbi gratia in me enſem ſtringat, occiſurus ſine dubio,niſi vis vi repellatur,tum vero permittit lex,vt occidam; ſacerdos ipſe ad altare poſitus,ni poſsit aliter effugere mortem, ſiquis eum telo adoriatur,poteſt interficere. Et tamen ſacris viris tanta eſt manſuetudo præſcripta,vt neque ipſi vmquam,vel in iuſtis bellis enſem ſtringere,membraque truncare;vel vt alicui certo truncentur, operam dare vllo modo poſsint. Sic igitur aduerſus iniurioſos homines agere, experiri iudicio nihil B impedit, non continuò tamen ad iſta conuolandum. placide agendū;ne irritationibus animos vlceremus,& impellamus ad maiora.Nam quemadmodum medici ſinunt prius efferueſcere vitioſam carnem,ſubſidere tumorem, & quodammodo concoqui putreſcentem ſanguinem, ſaniemq; mitigari, tùm vero incidunt,vt illa effluat. eodem modo non ſimulatq. aliquis ebullit,vt ita loquamur, ad iniurias;eſt contra nitendum. lenitate eſt opus;cædendum loco,eſt aliquid illi dandum,vbi æſtus deſiderij cōquieuerit,educetur virus,agnoſcet erratum, corriget, ac de illa lenitate plurimum nos amabit.An verò fortis eſt, in- C iurias quaslibet repellere, vindicare, nullas poſſe ſuſtinere? Infirmi eſt hoc,eſſe animo ſic abiecto, vt oneris tantillum ferre non poſsimus,non eſſe excelſo, & inuicto,verùm quàmuis aduolantem muſcam,Domitiani exemplo,velle perſequi,configere, ad ſingulas commoueri,indignari,turbas ciere. Audi Iuuenalem Satyra 3.

Abb.cap. clerici.de vit. & honeſt. cler. Dec.l.vt vim de iuſtitia,& iu.Nauar. de reg. cōmen. 3.num.51.

*—— quippe minuti*
*Semper,& infirmi eſt animi,exiguiq. voluptas*
*Vltio:continuo ſic collige,quod vindicta*
*Nemo magis gaudet,quàm fœmina.* D

Ac bene Mauritius Imperator Philippico dicenti Phocam eſſe ingenio partim timido,partim audaci reſpondit, vt refert Zonaras,ſi timidus eſt,ergo homicida eſt.Verè.nam cum timidi trepidēt ad omnia;nihil non exhorreſcant; vbi inciderit vmbra ſuſpicionis,tenuisve offenſio, expaueſcunt maiora,de ſuis viribus,quas norunt exiguas, deſperant; & huiuſmodi cuncta protinus aboleri,& exterminare contēdunt.quin ferarum more irruunt,neque curant,an caput impingant in murum,vel in

præceps



A præceps corruāt.neque hæc eſt fortitudo,ſed furia,rabies, quæ ſimulatque ebullierit,relinquit homines languidos, nullis omnino viribus, nullo robore, ſimiles torrentibus, qui maximo cū fragore obuia quæque corripiunt,curſu horribili,tortuoſis fluctibus ripas deijciunt,aggeres proterunt,arbores terras excauant, cum ſtabulis ferunt armenta. ſed horis hæc pauciſsimis accidunt. Mox inſpicies alueum,nihil aquarum videbis;arentia omnia. Non ita Danubius,Ganges,Indus,Nilus. ita placide alicubi fluunt, vt neutram in partem diſtinguas eorum curſum, cum tamen impetu maximo ferantur, velociſsimo lapſu, B inſtar Orbium cæleſtium,quæ ſtare contemplantibus videntur, iiſdem perpetui, ac profundiſsimi aquarum gurgites. ſic enim Claudianus panegyr.2.in Sthiliconem.

*Se iactent alij,ſtudeant feritate timeri,*
*Abductoq. hominum cumulent æraria cenſu.*
*Lene fluit Nilus; ſed cunctis amnibus extat*
*Vtilior,nullas confeſſus murmure vires.*
*Acrior at rapidus tacitas prætermeat ingens*
*Danubius ripas,eadem clementia ſæui*
C *Gurgitis immenſum deducit in oſtia Gangem.*
*Torrentes immane fremunt,lapſiſq. minantur*
*Pontibus,inuoluunt ſpumoſo vortice ſyluas.*
*Pax maiora docet.peragit tranquilla poteſtas,*
*Quod violenta nequit: mandataq. fortius vrget*
*Imperioſa quies.*

Vin hoc totum clariori exemplo diſcere? ſint duo milites in D acie,è quibus alter alteri ſubiratus vindictam meditetur. An ſi hoſtis impetum faciat in aliquem ex his, adcurret alius, ac vehementius obſiſtet, lacertiſq. validioribus aduerſus irruētem, quàm ſi nihil offenſionis ſit inter iſtos, ſed mutuas iniurias cōdonarint? Siquidem ſinamus animos exerceri,& exacui ad expetendas,ſumendaſq. vltiones,atque,vt aſſolet, idem cōtinget multis militibus,militūq. Ductoribus, ne fortitudine nulla erit exercitus huiuſmodi,cito delebitur. Contra autem ſi condonētur iniuriæ, homineſq. remittendis illis ſtudeant, tùm multo acriores in pugna fiunt. appoſitè Virgilius fingit Turnum multis oneratū fuiſſe contumelijs in publico conſilio à Drance. nihil

hil

hil grauius à Turno Rege in illum ob acceptas ignominias A
animaduerſum. quibus igitur modis iniurias Drancis Turnus
refellet?

*Exſcindine domos (id rebus defuit vnum)*
*Perpetiar. dextra nec Drancis dicta refellam?*
*Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?*

Hæc Turnus ſemetipſum concitans ad robur exerẽdum, de-
decora, quibus fuerat à Drance aſperſus, vlturus, atque abſter-
ſurus. Sed hæc Virgilij. Audiamus, quòd Cæſar accidiſſe duo-
bus militum ſuorum T. Pulfioni, & L. Vareno Comment. lib. 5. B
2. perpetuas (ait ille) controuerſias inter ſe habebant, vter al-
teri anteferretur, omnibusq́. annis de loco ſummis ſimultati-
bus contendebant. Ex his Pulfio, cum acerrimè ad munitio-
nes pugnaretur, quid dubitas, inquit, Varene? aut quem locum
probãdæ virtutis tuæ expectas? hic dies, hic dies de noſtris cõ-
trouerſijs iudicabit. Hæc cum dixiſſet, procedit extra munitio-
nes, & quæ pars hoſtium confertiſsima viſa eſt, in eam erumpit:
ne Varenus quidem tum vallo ſe ſe continet. ſed omnium ve-
ritus exiſtimationem, ſubſequitur mediocri ſpatio relicto, Pul-
fio pilum in hoſtes mittit, atque vnum ex multitudine procur- C
rentem traijcit: quo percuſſo, & examinato; hunc ſcutis prote-
gunt hoſtes, & in illum vniuerſi tela conijciunt: neque dant re-
grediendi facultatem. transfigitur ſcutum Pulfioni, & verutũ
in baltheo defigitur. auertit hic caſus vaginam, & gladiũ edu-
cere conantis dextram moratur manum, impeditumq́. hoſtes
circunſiſtunt. ſuccurrit inimicus illi Varenus, & laboranti ſub-
uenit. ad hunc confeſtim à Pulfione omnis multitudo cõuertit.
illum veruto transfixum arbitrantur. Varenus gladio comi-
nus rem gerit, atque vno interfecto, reliquos paulum propellit.
dum cupidius inſtat, in locum inferiorẽ deiectus concidit. huic D
rurſus circumuento fert ſubſidium Pulfio, atque ambo incolu-
mes compluribus interfectis ſumma cum laude ſe ſe intra mu-
nitiones recipiunt. hic fortuna in contentione, & certamine
vtrumque verſauit, vt alter alteri inimicus auxilio, ſalutiq́. eſ-
ſet: neque dijudicari poſſet, vter vtri anteferendus videretur.
Hactenus verba Cæſaris. Sic igitur ſumenda eſt nobis vltio de
aduerſarijs noſtris, non vt in noſtros ciues, popularesue iram,
ſiquã concepimus, effundamus; ſed in publicos hoſtes. An ſi iſti
doctrinam Macchiauelli ſecuti fuiſſent, tanta roboris experi-
menta,



A menta dediſſent poſteris ad æternam ſui nominis gloriam reli-
quiſſent? Viden, vt non efficiat imbelles, non referre opprobria
illata, nõ vlciſci in ſuos à ſuis illatum, quodcumque illud ſit, de-
trimentum. Nihil æque, atque in publicam cauſam peccatur;
ſi priuatum quempiam duntaxat lædo, vnius eſt malum. per-
tingit vnum. ſi vniuerſalem ſtatum, tunc omnes id tangit. ac
pro multitudine vniuerſitatis, hominumq́. in illa commoran-
tium multiplicatur error. Ciuis eſt pars ciuitatis, hoc eſt illi à
natura tributum, & penitus inſitum, vt in illius vtilitatem ſe,
ſuaq́. omnia conferat. nam rebus ſingulis eſt hæc ingenita pro-
B penſio, vt ſuimetipſius iacturam velint omnino facere, quomi-
nus è communi bono quidquã depereat. Idcirco ſiquis enſem
ſtringit attollens, vt caput feriat, continuò brachium quamuis
diſſecandum, nulla iuſſa expectans occurrit, excipiensq́. ictum
ſui detrimentum negligit, vt caput potiſsimam corporis par-
tem tueatur. ac bene ille.

*Dulce, & decorum eſt pro patria mori;*
*Mors & fugacem perſequitur virum;*
*Nec parcit imbellis iuuentæ*
C *Poplitibus, timidoq́. tergo.*

Igitur quicunque priuatus iniurias perſequitur aduerſus po
pulares ſuos, non aduerſus communes hoſtes, is ſtatum publi-
cum lædit, facit contra innatam procliuitatem, cõtra intimas
animi vires; ac neceſſe eſt titubet in enſe expediendo, ſtringẽ-
do, brachijs porrigendis, intentandis, quippe quem retrahat
illa inſita propenſio, atque ita non fortis, ſed ignauus euadat.
Idcirco cum vates ille interrogaſſet Romanos bellis inter ſe ci
uilibus ſæuiẽtes obſtupuiſſe ait ad huiuſmodi interrogationem
veluti viribus deſtitutos, & caſſos.

D

*Furorne cæcus, an rapit vis acrior,*
*An culpa? reſponſum date.*
*Tacent; & ora pallor albus inficit;*
*Menteſq́. perculſæ ſtupent.*

Ὁ συνιςορῶν αὐτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος
ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.

*Qui ſibi aliquid conſcius eſt, etiamſi fuerit audaciſsimus.*
*Conſcientia ipſum timidiſsimum eſſe facit.*

K Aſſue-

Aſſuefacere nimirum ciues ſuos vlciſcendis iniurijs, nihil eſt aliud, niſi operam dare, vt illi inter ſe diſtrahantur, diſcerpantur, perinde ac ſiquis inſtar Medeæ filij membra dilanians hac illac diſpergeret. Hinc factiones, ſeditiones, prœlia. Exteri in ſuos accerſuntur, immittuntur in viſcera propria ferales inimici, à quibus deinde omnes opprimuntur, ac delentur. An hoc robur? An hæc fortitudo? A

*Neceſſe oſtenditur, iniurias remittere, & contemnere ad amorem conciliandum, tenendumq. inter populares, quo nihil magis auget pugnantium vires, quæ diuinitus maximè augentur, cum quis ob bonum publicum ſe ſe ijs deuouet. Cap. XI.* B

NIHIL eſt, quod æquè amplificet, atque intendat vires animi, & corporis noſtri, atq; amor: ob hoc enim veluti fonte emanāt omnes, quibus impellimur ad aliquid agendum, vel appetendum, cogitationes, cōſilia, decreta, executiones; Ab hoc omnes, quibus agitamur C perturbationes. Quamobrem nihil erit valentius ad militum robur confirmandū, neruos contendendos, quam colligaſſe maximo, atque intimo amoris vinculo pugnātium mentes. Explicauit hoc Homerus, vt obſeruarunt aliqui, cum refert ab Agamemnone ſic inſtructas acies, vt qui conſanguinei, cognati, viciniue erant, in agminibus ijſdem cuncti eſſent, vt ardentius ſcilicet prœliarentur, alterq. alteri opem ferret. Rurſus idem tunc Achillem bella repetiſſe vehementius narrat, cum dolore amoris permotus occiſo Patroclo, quē maximè amabat, arma ſumpſit aduerſus Troianos. Imitatus eſt D hoc Virgilius in Euryalo illo ſuo, Niſoque. Quocirca nihil magis curabit, atque enitetur Reip. diligens, ac peritus moderator, quàm vt ciues, militesq. inter ſe ament, ſiquidem velit ex hoſtibus victoriam referre. At ſi velimus exerceri homines ad iniurias vindicandas, actū eſt non modo de vehementia, dilatationeq. amoris in multos, atque omnes, ſed prorſus de amore ipſo; qui quāto plures cōplectitur, eò maior eſt, veluti ignis plura ligna corripiens, atque vrens, aut lux è pluribus locis repercuſſa. In quotidiana namq; conſuetudine, ac familiaritate





A vix eſt, vt offenſiones ſæpe non exoriantur: nam cum nemo ſit ſine vitijs, à quibus læduntur omnes, quamuis illa ſint exigua, quòd eſt paucorum, neceſſe erit diſſuere amicitiam, niſi ad māſuetudinem facti ſimus, ac noſmetipſos conformemus ad illius normam, & obliuione obruamus, quidquid acerbitatis nos poteſt perſtringere. Rectè namque Horatius aiebat, omnia nobis, vt amorem tectum ſartum tueamur, interpetranda in meliorem partem, ac ſi res patitur, non modo eleuanda errata ac minuenda, ſed etiam trahenda ad virtutes, harumq. ſpecioſis veſtibus decoranda.

B *At pater vt gnati ſic nos debemus amici*
*Siquod ſit vitium, non faſtidire. Strabonem*
*Appellat pætum pater; & pullum, male paruus*
*Sicui filius eſt, vt abortiuus fuit olim*
*Siſyphus; hunc varum, diſtentibus cruribus; illum*
*Balbutit ſcaurum, prauis fultum malè talis;*
*Parcius hic viuit, frugi dicatur; ineptus,*
*Et iactantior hic paulo eſt, concinnus amicis*
C *Poſtulat, vt videatur; at eſt truculentior, atque*
*Plus æquo liber, ſimplex, fortiſq. habeatur;*
*Caldior eſt, acres inter numeretur; opinor*
*Hæc res & iungit, iunctos & ſeruat amicos.*
Et mox.
*Nam vitijs nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt*
*Qui minimis vrgetur. amicus dulcis, vt æquum, eſt*
*Cum mea compenſat vitijs bona: pluribus hiſce*
*(Si modo plura mihi bona ſunt) inclinet: amari*
D *Si volet, hac lege in trutina ponetur eadem.*
*Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum,*
*Poſtulat, ignoſcat verrucis illius. æquum eſt*
*Peccatis veniam poſcentem, reddere rurſus.*

Ad ſummam Macchiauellus amicitiā tollit de mundo; quin, vt aiebat Cicero, Solem, cum vult nos exerceri ad vltiones ſumendas; ac legem Chriſtianam carpit, quod obliuionem ſuadet iniuriarum. Amplius ſi credimus Ariſtoteli initio politici primi aſſerenti hominem, qui ſolus ſit, eſſe aut Deum, aut beſtiam,

nos ex hominibus beſtias faciet. Exterminata namque ami- A
citia, exterminato amore, ad ſolitudinem redigimur cuncti, cumque nemo ſit Deus, de philoſophi huius ſententia, per iſta placita conuertemur in beſtias. At quanto ſapientius Phocylides.

*Μὴ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπόλειψον ἄμυναν*
*Πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει*
*Ne imitere nequitiam, iuſtitiæ relinque vindictam*
*Conciliatio namq; lucrũ, contentio vero contentionẽ gignit.*

Hoc ſcilicet Paulus aiebat, noli vincere malum, ſed vince in B
bono malum. quis enim beneficentiam, manſuetudinem, placabilitatemq. non amet, amplectatur, foueat, exoſculetur? His artibus incendia amoris immenſa inter populares excitantur, ſi non modo beneficijs certatur, ſed ita præterea certatur, vt pro maleficio beneficium reponatur. ita fit, vt milites ardentiſsimè inter ſe ament, ac fortiſsimè prœlientur.

Sed ponamus eſſe aliquos ſiue multos, ſiue paucos, qui ſint innocẽtiſsimi, ab omni labe, quantum fieri poteſt, immunes; ac velint dedecora omnia, damna omnia, quæcunque inferuntur, excipere, non experiri iudicio curent, nihil conqueri, tantũ pa- C
tienter ferre exemplo Chriſti, vt bene ſit Eccleſiæ ipſius, cœtui Chriſtianorum, quamuis irrogentur à flagitioſis, & audaciam nimiã ſumentibus ex iſtius nimia tolerãtia. quid hic dicemus? hunc eſſe ignauum militem? ſine dubio miles erit Macchiauello abiectiſsimus. Ego cõtra aſſero eſſe huiuſmodi, qui victorias ex hoſtibus maximas referat, trophæa de ipſis nobiliſsima ſtatuat, triũphos agat, robur omne, ſed ſingulare, ac præſtãtiſsimũ Chriſtianis militibus deriuatum cœlitus inſpiret, in fugam vertat inimicos, ad terram proſternat, occiſione ipſos occidat.
Atque hoc eſt, quod Hieremias videns Hebræorum res acciſas, D
Hieroſolymas dirutas, Iudæos abductos in ſeruitutem, cuncta ipſorum loca vaſtata, euerſa, ſibi dari poſcebat aliquẽ, non qui copias maximas cogeret, acies inſtrueret vltionis auidas, & impatientiſsimas iniuriarũ, vt in priſtinũ reſtitueret Hebræorum res, in antiquũ ſtatum reduceret, ſed qualem deſcribit hiſce verbis. Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe ponet in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes, dabit percutienti maxillam, ſaturabitur opprobrijs: quia non repellet in ſempiternũ Dominus, quia ſi abiecit, & miſerebitur. Hæc ſanctiſsimus vates

tes



A tes vocatus ad regna euertenda, atque ædificanda, decernẽs in illo ſpem ponendam, qui ſaturetur ignominijs, perinde atq; eas maximè ſitiat, atque eſuriat, det percutientibus maxillam, per illum fore, vt Deus Iudæos haud amplius repelleret, ſed eorum miſereretur.

Atque hoc pariter eſt, quod ad nomen Ieſu cuncta genufle- ctunt. Chriſtus, ait Paulus, factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, &
B infernorum, Audin quid in ſublimiſsimo Maieſtatis altiſsimæ ſolio Chriſtum collocarit, vt Reges confringantur, capita multorum conquaſſentur? iſta ipſa patientia, de qua loquimur, admiranda, & maximè ſingularis, vſque ad mortem ſubeundam pertingens.

Ridebit ad hæc impius; & anilium fabularum loco reputabit. At qui innumera ego exempla poſſem proferre eorum, qui hæc factitarunt, vt victoriam poſſent ex hoſtibus referre, & quidem maximè illuſtria. Chriſtianorum dicet ille exempla proferentur, & multo amplius his quaſi ineptis illudet. Verum non
C Chriſtianorum dumtaxat ego exemplar producam, ſed cum multa alienorum poſsim, Romanorum memoranda ex ipſo Liuio, quorum omnium amore Macchiauellus imprimis detinetur, atque agitur, in medium nunc afferam. contentiq. erimus duo narraſſe.

Solebat igitur tum è Romanis, tum è multis aliis gentibus, ſed ex illis præcipuè aliquis ſolemniori ritu, ſolemnioribusque verbis ad id per Pontifices conceptis, vbi timebant aliquid publicæ cladis impendere, peccari inter alia Deos illos, in quorũ poteſtate erant & ſuæ, & hoſtium, quibuſcum pugnabant, res, vt
D in ſe vnum pœnas omnes, quas verbi gratia Romani ob admiſſa delicta mererentur, atque ob ea ſuperari deberent diuina id iuſtitia poſcente, deuoluerẽt, iis enim ſemetipſum deuouere. Verba, ac cæremonias, quibus id fieret narrat Liuius lib. 8. & 10. quibus locis admirabiles victorias è Latinis, Samnitibus, & Gallis partas à Romanis deſcribit, ob huiuſmodi deuotionem, cum ſemel Decius pater ſe deuouiſſet, atque iterũ Decius filius ambo tum Conſules. Et quidem cum certiſsimum ſit ipſos in poteſtate cum rebus hoſtilibus fuiſſe Omnipotentis Dei, quando inuocabant Deos, in quorum poteſtate eſſent vna cum illis

cla-

S.Tho. 2. 2. quæſ.83. art. 15. ad ſecundum.

clariſsimũ ſimul eſt neque Romanos, neque vllos potuiſſe hac A via vel diuinæ iuſtitiæ ſatisfacere, vel mereri, hæc enim duo eidem iuſtitiæ innituntur, ſed cum legamus ipſos Dæmonas impetraſſe à Chriſto vt in porcorum viſcera immitterētur, & iſti poterant qualitercumque id, de quo diſputamus, obtinere. En igitur, vt quis addicēs ſe ignominiis, ac ſuppliciis quibuslibet, hoſtes ſuperet, ac vincat.

Mittamus iſta, quæ nihili facimus, & idcirco attulimus, vt è conceſsis impios conuincamus, atque ex iis, quæ maximè demirantur. Eo nunc reuertatur, vnde deflexit oratio. Per illos, qui cum iuſti ſint, tamē ob honorem Dei, bonumque publicum B Chriſtianorumm, ulta indigna perpeti volunt, aut etiam ſpeciatim petunt, vt ſupplicia debita Chriſtianis in aciem prodeũtibus, in ſe auertantur, Chriſti munere fieri, vt milites euadant fortiores, inimicos profligent, ac vincant. Retulimus alibi præclariſsimos viros, ac fœminas huiuſmodi caritate flagrantes ſignis de ſanctitate Eccleſiæ militãtis, & caritate, tomo primo. Hic duo ad propoſitum noſtrum maximè inſignia ſatis erit ex ſcripſiſſe. fuit, vt ſupra dicebamus Theodoſio Imperatori acerrimum bellum cum Eugenio, ita vt penè victus fuerit. ſtetit aliquando (hæc ſunt verba Ruffini, lib. 2. cap. 33.) anceps victoria. C fundebantur auxilia barbarorum. (qui pro Theodoſio pugnabant & erant Gothi Arriani, quorum decem millia perierunt) terga iam hoſtibus dabant. Sed fiebat hoc, non vt Theodoſius vinceretur, ſed ne per barbaros vinceret. Tum verò ille, vt conuerſus ſuorum acies vidit, ſtans in edita rupe, vnde & conſpicere, & conſpici ab vtroque exercitu poſſet, proiectis armis, ad ſolita ſe vertit auxilia, & proſtratus in cõſpectu Dei, tu, inquit, omnipotens Deus noſti, quia in nomine Chriſti filij tui, vltionis iuſtæ (vt puto) prælia iſta ſuſcepi, ſi ſecus, in me vindica. ſi vero cum cauſa probabili, & in te cõfiſus huc veni, porrige dexte- D ram tuã, ne forte dicant gẽtiles, vbi eſt Deus eorum? per quàm ſupplicationem pij Principis certi à Deo eſſe ſuſceptam, hi, qui aderant Duces animantur ad cædem, & præcipuè Bacurius vir fide, pietate, virtute, & animi, & corporis inſignis, & qui comes eſſe, & ſocius Theodoſij mereretur, proximos quoſque conto, telis, gladio paſsim ſternit, agmina hoſtium conferta & conſtipata perrumpit: iter per millia ruentium ad ipſum Tyrannum ruptis agminibus, & aceruatim fuſis ſtragibus, agit. Vix fortaſſe ab impijs credantur, quæ geſta ſunt. etenim compertum eſt, quod



A quod poſt illam Imperatoris precẽ, quàm Deo fuderat, ventus ita vehemens exortus eſt, vt tela hoſtium in eos, qui iecerant, retorqueret, cumque magna vi perſiſtente vento, omne iaculũ miſſum ab hoſtibus fruſtraretur fracto aduerſariorum animo, ſeu potius diuinitus repulſo, Argobaſte duce ne quidquam fortiter agente Eugenius ante Theodoſij pedes vinctis poſt terga manibus adducitur. Hucuſque Ruffinus apertè teſtificans hæc prece qua ſe Theodoſius pœnæ, ſiquã mereretur, addixit, victoriam partam, quæ videbatur ad inimicos inclinare.

Hæc dices antiqua. audiamus igitur euentum noſtri ſæculi.
B Rex Calecutienſis atrociſsimũ bellum multis ſuorum millibus inſtructus aduerſus pauciſsimos Luſitanos gerebat. His erat Dux Odoardus Paciecus, qui videns maximã cladem ſuis impendere, animo, inquit Oſorius lib. 3. Cõturbatus oculos in cælum ſuſtulit, & maxima voce, vt ab hominibus audiretur, ò ſumme cæli rector, inquit, ſcio me cõmiſiſſe flagitia maximo ſupplicio digna. Te tamen ſuppliciter oro, vt in aliud tempus vindictam differas, in quo non decus, & gloria tui ſanctiſsimi nominis agatur. Hæc vbi dixit, iterum tormentũ dirigi, atque librari iuſsit. emiſſus cum maximo fragore globus caſtelli bonã par C tem diſsipat, & homines in mare deturbat. noſtri manus in cęlũ tendere, Chriſti nomen celebrare, numen illius præſens agnoſcere, & tunc multo alacrius hoſtibus obſiſtere. & mox. conſtat hoc prœlium fuiſſe multo ſuperioribus atrocius, & immanius, in eoq. multas hoſtium naues depreſſas, & magnam hominum multitudinem extinctam. prælium cum prima luce commiſſum fuiſſet, ad veſperam ductum fuit. è noſtris multi vulnerati fuerunt, nullus tamen occiſus. Hoſtium toto hoc bello vnde uiginti millia deſiderata. Hæc Oſorius.

Ex his apparet, non ingenerari animis noſtrorum militũ ti- D morem, atque ignauiã, quod aliquid patienter tolerent ad obſeruandam Dei legem, tenendumq. virtutis, ac patientiæ ſummũ, quin potius, ac multo magis, ſiquis pati ſit paratus, Deoq. ſe ad hoc offerat ob bonum publicum aduerſus publicos hoſtes, hinc robur addi noſtris, hinc apertiſsimas victorias. Chriſti munere comparari. ſed adhuc videamus hinc naſci omne bellicum Catholicorum robur.

Per

*Per crucem, quæ ſingularem nobis patientiam deſignat, & quam nos ſecuturos profitemur exemplo Chriſti in tolerandis iniurijs maximas victorias partas. Cap. XII.* A

CVM vexillum crucis poſt Conſtãtinum noſtri in bellis explicant, atq; attollunt, quid ſignificant? An ſe per merita Chriſti crucifixi adepturos victoram, ſpemq. in illo omnem collocare? B An ſimul etiam ſe paratos mori vnà cũ Chriſto pro illius gloria? Vtrumque videtur. Nam Chriſtus paſſus eſt pro nobis, ait Petrus, vobis relinquens exemplũ, vt ſequamur veſtigia eius, abſitque, inquit Paulus, mihi gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Chriſtus autem dixit, exemplum vobis dedi, vt quemadmodũ ego feci, ita & vos faciatis. Quicumque igitur milites, eorum Duces, Reges, & Imperatores hoc inſigni in ſublime elato bellant, ſignificabunt ſe quodammodo occurrere quærentibus ad C mortẽ Chriſtum, Chriſti exemplo, perinde ac ſi ſinguli dicant, Ego ſum, morti ſe offerentes, atque ita eodem modo ad terrã proſternent inimicos, vt illæſi abire poſsint, quicumque è Chriſtianis infirmæ ſunt fidei, ac ſimiles Apoſtolis cum Chriſtus in horto dixit occurrens illis, qui perdere ipſum volebant, ego ſum, ſinite ergo hos abire, quo dicto perterriti oẽs corruerunt.

Non explicatur autem pro Chriſti gloria hoc inſigne, quoties è victoria fierent audaciores hæretici, aduerſarij Pontificum Romanorum, vel iniuſtam cauſam fouentes. Atque ob id nullum ſolet eſſe catholicis robur, cum præliantur ob regiones D hæreticorum plenas, niſi forent hæreſes certò extirpandæ, atq; idcirco tot ſunt victoriæ Turcis, & Mahometanis.

Admirabile ſit igitur hoc aduerſus Macchiauellum, quatuor Chriſtianorum generibus, vt ita loquamur, diuinitus hoc vexillum crucis datum. ac tribus quidem primis cæleſti quodam viſu præcedẽte, iſtiſq. imperia omnium latiſsima elargita. quarto datum per Pontifices Romanos inſtinctu, monituq. diuino, atque huic bellatorum generi fortitudo ſingularis. Omnibus autem victoriæ ex inimicis incredibiles, illuſtriſsimaque trophea contigerunt.

Primum



A Primum verò ex his eſt Imperatorum aliquot Chriſtianorũ. Notiſsima eſt hiſtoria Conſtantini, qui cum bellum moliretur in Maxentium, qui tunc Occidentalis imperij ſummam tenebat, plurimumq. opibus, atque armis valebat, atque ob id ille imminẽtis apparatus difficultatibus exterrebatur, vidit in aëre delineatã crucem, dictumq. eſt ei in hoc ſigno vinces. Quocirca ſumptis animis perrexit in Italiam, & quamuis longè inferior copiarum numero, tantæ tamen rei viſu confirmatus vexillum crucis tollens, tribuſque, vt ſupra dicebamus, prœlijs cũ Maxentij ducibus, Maxentioq. ipſo ad extremum cõfligens B victor euaſit. Quin alijs in bellis, quæ multa aduerſus alios geſsit, id experimento didicit, ſiquando acies vlla ob hoſtiles impreſſiones inclinare videbatur, eo iubebat adcurrere, qui vexillum ferebant, ac protinus rerum conuerſio fiebat, inimici cadebãt, noſtri ſuperiores erant. Sic igitur numquam non aduerſarios Conſtantinus fudit, fugauit, deuicit. Hæc Euſebius Cæſarienſis à Conſtantino ſibi dicta narrat oratione in illum, & lib. hiſtor. 9. cap. 8. hinc Prudentius lib. 1. de potentia crucis alloquens Romam.

C *Hoc ſigno inuictus tranſmiſsis Alpibus vltor*  
*Seruitium ſoluit miſerabile Conſtantinus:*  
*Cum te peſtifera premeret Maxentius aula.*

Quin idem non modo vult cum cæteris Labarum, quod erat Imperatoris vexillum, fuiſſe in formam crucis conformatum; ſed etiam crucem galeis impoſitam, clypeiſq. additam Chriſti nomen exprimentem.

*Chriſtus purpureum gemmanti textus in oſtro*  
*Signabat Labarum, clypeorum inſignia Chriſtus*  
D *Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.*

Suſtulit hoc vexillum Iulianus apoſtata, qui occiſus eſt à Perſis, Iouinianus omiſit breui viuens in imperio, reſtituit Valentinianus primus, qui multis, ac nobiliſsimis victorijs eſt potitus. Eodẽ modo Theodoſius inſigne crucis explicans aduerſus Eugenium Deorum ſimulacra in ſignis militaribus attollentẽ pugnauit; cumque prœlium ſupremum commiſſurus eſſet, cruce ſe ſignans ad illud proceſsit, atque illa, quæ recitauimus, verba eſt effatus. tradunt hæc Theodoretus lib. 5. cap. 24. Rufinus lib.

L 2. cap.

2.cap.33. Sozomenus lib.7. cap. 24. Hinc idem poëta hac de re A
loquens ad Romam conueſus ait.

*Agnoſcas Regina libens mea ſigna neceſſe eſt,*
*In quibus effigies crucis, aut gemmata refulget,*
*Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.*

Quod autem maximè ſit obſeruandum, facitq. in primis ad
rem noſtram. Quicunque Imperatores ex antiquis hoc inſigni
ſunt vſi, numquam ſunt ipſi in acie victi, & interfecti: ſed pleriq;
vel per hæreticos, vel per infideles, quibus, nō omnino cruci de-
ferentes vtebātur in prœlio, ſunt interempti, aut imperio deie- B
cti: vt cuncti videant nihil eſſe habendum commune cum hære
ticis Chriſti inimicis, atque ab illis nihil non mali expectandū.
Hinc Gratianus Valētiniani filius anno 38[illegible]. necatus eſt ab An-
dragathio quodam per inſidias, Valentinianus II. ab Argoba-
ſte infideli anno 391. Valentinianus III. à Maximo domi in Vr-
be anno 455. Maximus Romę eodem, Auitus imperio ſpoliatus
eſt à Ricimere Gotho Ariano, qui exercitis fuerat ab Impera-
toribus ſuperioribus præpoſitus anno 456. Maioranus ab illo-
met hæretico eſt interfectus 461. ab eodē dicitur veneno ſubla-
tus Seuerus 465. denique Anthemius ſimiliter necatus 472. at C
Iulius nepos ab Oreſte Gotho, & ipſo Ariano expellitur 475.
cumque ſuffectus eſſet ab hoc Momyllus filius hæreſis eiuſdem
corruit Occidentale imperium, & ab Odoacre Herulorum Re
ge eſt occupatum anno 476.

Ad ſummam nemo Imperatorum Occidētalium fuit in acie
victus ipſe attollens hoc labari in crucem conformati inſigne.

Secundi, quibus eſt hoc ſignum diuinitus cōçeſſum, fuere Ca-
ſtellani. Nam poſt annum octingenteſimum vigeſimum ſextū,
cum Ranimirus aduerſus Saracenos pugnans hoſtiū quinqua-
ginta millia peremiſſet, viſus eſt tunc S. Iacobus in aëre qui cā- D
dido equo inſidens vexillum niueum geſtabat, quod crux rubea
diſtinguebat. ex illo Hiſpani inſigne huiuſmodi tulerunt, & im-
perium latiſsimum quale numquam fuit ab Orbe condito na-
tioni vlli, vel Regi, cōpararunt. Apparuit ſimiliter crux in aëre
anno milleſimo centeſimo decimoſeptimo, cum pugnaret ad-
uerſus Saracenos Alfonſus Octauus eo cōflictu, quo ſunt inter-
fecta illorum ducenta millia.

Tertij ſunt Luſitani. Anno enim milleſimo cēteſimo, ac duo-
decimo cum Portugalliæ Dux Alfonſus I. prēlium commiſſurus
eſſet



A eſſet aduerſus quinque Saracenorum Reges, ac trepido foret
animo ob ipſorum incredibilem multitudinem; Chriſtus adſti-
tit illi in ſomnis, bono iuſsit eſſe animo, & explicare ſignum, cui
forent appicta quinque vulnera ad manus, pedes, ac latus infli-
cta, & in modum crucis conformata. egit hoc Alfonſus, & nobi-
liſsimam victoriam reportauit. Ex illo imperium Luſitanicum
eſt latiſsimè, ac longiſsimè, vt oſtendimus ſupra, propagatum.

Quarti ſunt equites religioſi. Anno enim 1095. Vrbanus Se-
cundo in concilio Claramontano diuini numinis inſtinctu Frā-
cos, Italosq. crucis inſigni ad pectus appicto in Orientem mi-
B ſit. cœperunt hi Bythiniam, Phrygiam, Lydiam, Pamphyliam,
Ciliciam, Syriamq. vſque ad Euphratē, & fines Armeniæ: Dein
verò inſigni eodem Flandri, Venetiq. Conſtantinopolim, & ma
gnam Græciæ partem cum finitimis inſulis: Angli Cyprum,
quam Francis reliquere. numquam porrò nobiliores è Turcis,
ac Mahometanis victorię ſunt relatæ, quàm primis hiſce expe-
ditionibus. Atque vt ſupra dicebamus, bis in Aſia fuſi Turci, ſe-
mel cum tercētum ſexaginta millia armatorum produxiſſent,
iterum cum centum millia equitum, peditum verò innumeras
copias; quo tempore noſtri non modo ad paucos redacti erant,
C ſed enecti quodammodo fame, viribusq. omnino deſtituti, vt
Robertus Monachus, qui bello interfuit, latè narrat. Atque hoc
tempore exorti equites Hieroſolomitani, vt diximus ſupra.

Rurſus ad Septentrionem, cum ſub annum 1145. Eugenius
Tertius Bernardi concionibus impuliſſet ad bella aduerſus ini-
micos Chriſtiani nominis Imperatorem Conradum, populosq.
Boreales, & eos ſimiliter cruce ſignaſſet: Canutus, ac Sueno,
qui de regno Daniæ certabant, inita pace in finitimos barba-
ros mouerunt, ac latiſsimas regiones adduxerunt in ſuam po-
teſtatem, imperiumq. ſigno crucis amplificarunt, quod tra-
D dit Helmoldus cap.60. & ſeq. lib. 1. Saxo lib. 14. hiſtoriæ Danicæ.
Tunc etiam nonnulli enſiferam crucem geſtantes, ac propriæ
religionis ordinem conſtituentes Liuoniam ſubiecerunt, qui
deinde Theutonicis aſſociati Pruſsiam ſibi acquiſiuerunt. quæ
narrant Arnoldus lib.7.cap.9. Cromerius lib.9.

Ex his apparet imperia, regnaq. catholicorum maximè par
ta, & amplificata latiſsimè per crucem, per illam crucem, quæ
nobis proponit imitandam Chriſti patientiam, quæ nos in pri-
mis hortatur ad iniurias priuatas animo altiſsimo deſpicien-
das, ac tolerandas, fortiſsimos efficiens ad publicas ita vendi-
L 2 can-

candas, vt nullus obſiſtere nobis ex aduerſo poſsit. Hac inſigni A
ti ordines religioſi Hiero ſolomitanorum, S. Iacobi, Calatrauæ,
Alcantaræ SS. Mauritij, & Laeari, S. Stephani, & Chriſti nemini
in militari fortitudine vllo modo cædunt, vt apertiſsimũ ſit in-
de potiſsimum naſci vires, ac robur; vnde Macchiauellus igna-
uiam, timoremq́. oriri exiſtimauit. Hæc ſcilicet illa virga emiſ-
ſa è Sion, quę dominatur in medio inimicorum, & qua Chriſtus
gentes regit, & tanquam vas figuli peruicaces confringit; Chri
ſtus, inquam Rex Regum, cui regna omnia Præſidente Pontifi-
ce Romana in terris ſubijcientur, ac parebunt.

B

*Catholici ſuperant cunctos in amando Deo, & ſuis, ob id omnium fortiſsimi, amor enim pugnaciſsimos homines facit. cumque ob illum cuncta appetant, & oppugnent, maximè appetent, oppugnabunt, atque, vbi opus eſt, ad nihilum redigent, cum nihil potentius Deo, Deiq́. amore. Cap. XIII.*

EVENTIS hucuſque plurimis oſtendimus ſpe- C
ciatim nullos fuiſſe vmquam populos catholi-
cis in effectu bellicoſiores; eaq́. ipſa, quibus
contrarium probare Macchiauellus conten-
debat, ad fortitudinem militarem facere ape-
ruimus. Nunc generatim colligamus nō eſſe
religionem, quæ facere homines poſsit pugna
ciores, vbi opus eſt, quàm catholicā, ſiue noſtram. Id verò cla-
riſsimè concluditur. Nam cum præſcribat, ac multas ob cau-
ſas ingerat pectoribus humanis amorem Dei excellentiſsimũ,
qui potentiſsimus eſt omnium, perfectiſsimus, optimus, intima D
noſtra penitus ex omni parte peruadens, occupans, vbique dif
fuſus, præmia maxima omnium, ſempiternaq́. proponens, idé-
que mentis oculis, vt illam ſui amore inflammet, ac rapiat, im-
menſamque, & inexcogitabilem pulchritudinem ſemper obij-
ciens, neceſſe eſt cum pro tanto decore, & bono bona omnia ſe-
cum conuehente ad nos pugnamus, eſſe omniũ pugnaciſsimos.
Celeberrimi omnium poëtæ, Homerus, ac Virgilius habiti in
admiratione à ſapientiſsimis; vt erant olim, omnium gentium,
conati adducere in medium fortiſsimos Reges, cecinerunt il-
los



A los amore, ac venuſtate mulieris alicuius permotos ad facino-
ra fortitudinis inſignia patranda. ſic ob Helenam tot, ac tanta
ad Troiam bella, ob Lauiniam verò in Latio ſuggeſſere argu-
menta ampliſsima Homero, ac Virgilio poëmatum conficien-
dorum. Neque puduit iſtos ob huiuſmodi res in prœlia dedu-
cere pręſtantiſsimos, vt ipſi volunt, Heroas. ſic enim Latinus de
Turno Lauiniæ vultum contemplato.

*Illum turbat amor, figitq́. in Virgine vultus*
*Ardet in arma magis, paucisq́. affatur Amatam:*
B *Ne quæſo, ne me lachrymis, neue omine tanto*
*Proſequere in duri certamina Martis euntem:*
*O Mater: neque enim Turno mora libera mortis*
*Nuncius hæc Idmon Phrygio meá dicta Tyranno*
*Haud placitura refer: cum primum craſtina cælo*
*Puniceis inuecta rotis Aurora redibit:*
*Non Teucros agat in Rutulos: Teucrum arma quieſcant,*
*Et Rutulum: noſtro dirimatur ſanguine bellum.*
*Illo quæratur coniunx Lauinia campo*
C *Hæc vbi dicta dedit, rapidusq́. in tecta receſsit*
*Poſcit equos, gaudetq́. tuens ante ora frementes*
*Ipſe dehinc auro ſquallentem, alboq́. orichalcho*
*Circumdat loricam humeris; ſimul aptat habendo,*
*Enſemque, clypeumque, & rubræ cornua criſtæ*
*Exin, quæ in medijs ingenti adnixa columnæ*
*Aedibus adſtabat, valida vi corripit haſtam*
D *Vociferans: nunc ò numquam fruſtrata vocatus*
*Haſta meos, nunc tempus adeſt: te maximus Actor*
*Te Turni nunc dextra gerit. da ſternere corpus*
*Loricamq́. manu valida lacerare reuulſam*
*Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines*
*Vibratos calido ferro, myrrhaq́. madentes.*
*His agitur furijs, totoq́. ardentis ab ore*
*Scintillæ abſiſtunt: oculis micat acribus ignis.*

Audiſtin, quid efficerit aſpectus Virginis, quot, ac quātis fu-
rijs repleuerit Heroa? puduit me illius. puduit me propè iſta
pro-

produxiſſe. quaſi venire poſsint vllo modo in comparationem. A
Sed ita fert humana imbecillitas.

*Sic etenim paruis componere magna ſolemus.*

Quanto igitur ardentius inflammabuntur animi militum noſtrorum, quorum cordibus eſt altiſsime, atque immobiliter inſculptum, ſe certare pro Deo, cuius tanta eſt pulchritudo, vt ſi qua vel excellentiſsima audeat ſe ſe illi comparare, protinus maxima deformitas appareat. Ac veluti sũt è noſtris, qui iſtius pulchritudinis ardore manſuetudinem propè incredibilem factis exhibent, quod eorum ſtatus ſic exigat, hoc ſit ipſorum mu B
nus, & tales ſunt Martyres, & qui ad Martyrium læti eunt, vti ſacerdotes, & qui non ferro ſibi decertandum, ſed tolerantia iudicauerunt, ſic viciſsim ſunt alij qui ſibi ob eandem cauſam ferro pugnandum, gladioque elegerunt. Idem amor agit vtroſque eadem vis animat, accendit, vrget, impellit. Hos ad repellenda longiſsimè, ac prorſus interimenda contraria, illos ad excipiẽda, atque in ſuas partes mirabili aſtu, & conſilio traducenda. Ac quemadmodum ſunt horum nobis acies innumeræ, atque illuſtriſsimæ, eodem modo illorum. Sic autem natura comparatum videmus, quò ſit efficientia rerum quarumlibet potentiſsi C
ma, vt res vna vni officio deſeruiat oculus viſioni, auditioni auris, olfactui nares, ita qui è noſtris patientiam ſibi conſectandã delegerunt mirificè hac in re omnibus præſtant, ſic qui robur bellicum contendunt exhibere ſuperant cunctos; perinde, ac ſi omnium manſuetorum vis in aliorum pectora pro Deo pugnantium demigret. Idem vero eſt bellare pro Deo, ac pro Dei cultu, pro iuſtitia, pro veritate, quas ille ſeruandas iubet.

Quod ſi nobis eſt lex præſcripta, vt noſtros eodem, quo noſmetipſos, amemus modo, quæ non conabimur, pręſtabimus, atque exantlabimus pro noſtris? Nõ eſt vllus mortaliũ cætus, aut D
fuit ab Orbe condito vmquam, quæ tot, ac tanta effecerit prò Dei cultu propagando, & amplificando, pro genere humano excolendo, ornando, atque omnibus modis iuuando, quot, & quanta noſter. liquet hoc è ſignis de gentibus efferis ad humanitatem perductis, cultu deſertorum locorum, religione, caritate, ſanctitate.

Si quid igitur patriæ, parentibus, filiis, vxoribus, cognatis, amicis, ciuibus, ac popularibus ſuis beneuolentiæ debetur, id ſupra omnes alios eſt à noſtris abundè præſtitum, quod apparet

è ſigno



A è ſigno de pietate, amicitia, aliiſq. ſupra recitatis. quod ſi quos mouit iſtarum rerum, ſi quos potuit mouere, & noſtros omniũ maximè potuit, ac mouit ad facta fortiſsima, ad acerrimas pugnas, ad bella gerenda ſummis viribus, ſtudioque ſingulari, An excitet Æneam de mandato Iouis ille verbis hiſce?

*Si te nulla mouet, tantarum gloria rerum*
*Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem*
*Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli*
*Aſpice, cui regnum Italiæ, Romanaque tellus*
B *Debetur*

Nec multo magis impellent ſimilia Catholicorum pectus, quod immẽſo inardeſcit igne amoris in ſuos, igne, quem Deus agitat, atque auget; quando in illum cũcta referimus? Nolo abripi filias meas ab hoſtibus. ne quid illæ aut peccent in Deum, aut peccantibus, quod eſt idem, cõſentiant. Quod ſi illæ vmquã, meæ ſint, aut popularium meorum, fuerint abductæ, ſiue id longum tẽpus acciderit ſiue exiguum, tùm vero æſtuabit animus.

*Qualis vbi ad terras abrupto ſydere nimbus*
*It mare per medium: miſeris heu præſcia longe*
C *Horreſcunt corda agricolis: dabit ille ruinas*
*Arboribus, ſtragemque ſatis; ruet omnia latè.*
*Ante volant, ſonitumque ferunt ad littora venti*

ſic ipſe effundet è multo tempore concluſas, & coactas iras, obſtantia quæque perrumpet, ac veluti è cælo, quod mẽte ſemper reſpicit, deſcendens vẽtos, ac fulmina in hoſtes ſecum deuehet inſtar Theodoſij.

*Quem propter gelidis Aquilo de monte procellis*
D *Obruit aduerſas acies, reuolutaque tela*
*Vertit in auctores, & turbine repulit haſtas.*

ſic vbi Imperatores Romanorum annis tercentum noſtros diuexaſſent, Maxentius poſtremus pontis ruina, quam ſtruxerat in Conſtantinum, miſerrime oppreſſus, atque in flumen deiectus interiit, Eugenius cum ſuis eſt occiſus. Vandali, Heruli, Turcilingi, Oſtrogothi omnes ad internecionem deleti. Reliqui manus dederunt, ſupplices acciderũt ad pedes noſtrorum, tranſierunt in caſtra noſtra, tela in hoſtes verterunt libentiſsimè pro nobis ſanguinem, vitamque profundere maximi bene-

ficij

ficij loco poſuerunt. Atque huiuſmodi fuere Burgundi, Franci, A Angli, Viſigothi, Germani, Saxones, Dani, Sueci, Slauini, Bulgari, Hungari, Bohemi, Poloni, Pruſsi, Liuones, Sueci, Noruegi, Lithuani, Longobardi, Northmanni.

Iam vero ad maxima quæque audenda, atque vbi fueris aggreſſus conficienda, ſpes eſt neceſſaria, diuinique auxilij, vbi opus fuerit, quædam fiducia? Sed quænam quæſo vmquam maior illa, quã præfert, ac iubet, Chriſtiana religio? Volumus id verum ſit, necne, certiſsimis experimentis cognoſcere? Eramus iam ſupra annorum quinque millia, & aliquot præterea ſæcula, ac nemo fuerat auſus mare Atlanticum tranſmittere, & Occidẽtem verſus curſum tenere, & numquid poſt tanta Oceani interiecti ſpatia terrarum foret, explorare. & ſanè ſi vere dixit ille. B

*Illi robur, & æs triplex*
*Circa pectus erat, qui fragilem truci*
*Commiſit pelago ratem*
*Primus, nec timuit præcipitem Africum*
*Decertantem Aquilonibus,*
*Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti;* C
*Quo non arbiter Adriæ*
*Maior, tollere ſeu ponere vult freta*
*Quem mortis timuit gradum*
*Qui ſiccis oculis monſtra natantia*
*Qui vidit mare turgidum, &*
*Infames ſcopulos Acroceraunia?*
*Nequidq. Deus abſcidit*
*Prudens Oceano diſſociabili* D
*Terras.*

Quo pectore, quibus ainmis fuit Chriſtophorus Columbus, qui primus ex omni æuo ad Indias Occidentales iter aperuit? Nam cuius mens non horreat, ait ſcriptor quodam, immenſos ab hoc exhauſtos labores? cæli iniurias, atrociſsimas tempeſtates, quibus ſæpe pene eſt obrutus? quis non admiretur incredibilem audaciam, conſtantem patientiam, numquam infractum animi robur ad ea perficienda, quæ nouis iſte conſilijs, atq; auſibus eſt aggreſſus?

Sed



A Sed profectò maior audacia fuit quodammodo Luſitanorũ, & Vaſquij Gamæ circumnauigandi Africam totam, Indiasque Orientales aperiendi. Iter namque hoc Luſitanorum longè remotius, ac periculoſius, præſertim ſi conſideres, quouſque ſit ab iſtis peruentum. Quid porrò dicemus de Fernando Magagliane, comitibusq. illius, qui incredibili fiducia ſunt auſi circumluſtrare Orbem totum? Inaudita priſcis omnibus res; nunc autẽ multis non modo cognita, ſed tentata, & perfecta tanto duce. Hi ſine dubio omnes ſola ſpe diuini auxilij talia ſunt aggreſsi, & qualia nemo ante illos.

B E quibus apertiſsimè colligitur nullis vmquã populis maiorem fuiſſe confidentiam, quàm noſtris. At nihil æquè exigitur à militibus, ſi magna ſint moliturі, atque ad exitum perducturi, quàm magni ſpiritus, quàm firmamentum quoddam mentis intrepidum, & vndique ad omnia ſibi conſtans.

Atque hoc eſt, quod noſtri, cum pugnarunt aduerſus pietatis Chriſtianæ hoſtes, nihil extimuerunt, & pauciſsimi cum forent, tamen irruerunt in illos, eoſdemq. fuderunt, profligarunt, vicerunt. Sed è quo fonte hæc omnia, ex illo, quod Chriſtiana religio cuncta in Deũ refert, ab illo tota pẽdet; ac propterea nihili C facit omnia pericula, contemnit omne diſcrimen. Atque ita vehementiſsimè noſtri amãt omnia, cum perducunt ad Deum, cũ reducuntur in Deum, & ijdem tamen nihil omnia faciunt, cum tantillum poſſunt illa eos mouere ab inceptis diuinis, à conſilijs eos cæleſtibus deterrere. Alexandri milites noluerunt defatigati bellicis laboribus vltra procedere, quod ſcilicet durum videretur à patria tam procul abſcedere, inſuaue nimis à ſuis tam longè diuelli. Retro pedem referre eſt coactus Alexander. Idem Traiano contigiſſe videtur, cum deuicta Perſide iam iam peruenturus erat ad Indos. Quin Adrianus noluit domitas à D Traiano prouincias retinere, quod fieri non poſſe exiſtimabat, vt tam remotè à militibus Romanis retinerentur, & aliquis ſuſtineret in ijs locis commorari, & obire munia militaria in remotiſsimis locis longè ab amplexibus, longè à conſpectu ſuorum. Sed hac de re latius nos infra ſuo loco. Mirum namque, quantũ ſoleat amor patriæ diuellere homines ab arduis, & laudabilibus inceptis. Ille Vlyſſes adeo celebratus, adeo fortis, tamen Itachæ fumum videre, ac procul contemplari exoptabat. Hinc Ouidius.

*Non dubia eſt Itachi prudentia; ſed tamen optat*

M *Fumum*

*Fumum de patrijs poſſe videre focis.* A

Rurſus idem.

*Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor,*
*Vt volucri vacuo quidquid in Orbe patet.*

Noſtros adeo pendere à diuino amore, vt quæcumque ad honorem Dei faciunt, pro ijs maximè pugnent, quæ ab illo dimouent animos abijciant, ac nullo loco ducant: ac proinde, & eadem minimi faciant, vt eorum variatio temporumque, & euentuum diuerſitas mutatur, iſtud eſt in cauſa, vt pretio difficillimè corrumpantur. hoc verò & milites inexpugnabiles facit, & B Duces, & arces. Quamobrem ſunt inter noſtros proditiones, perfidiæ, periuria. ſed nullo modo tot, quot inter eos, qui noſtræ religioni non adhærent. Id ita eſſe explicauimus nos ſigno de amicitia, iuſtitia, religione, infelici poſteritate alienorum. Ac verè, & eleganter ille.

*Incluſam Danaem, turris ahenea*
*Robuſtæq. fores, & vigilum canum*
*Triſtes excubiæ munierant ſatis*
*Nocturnis ab adulteris.* C
*Si non Acriſium Virginis abditæ*
*Cuſtodem pauidum Iuppiter, & Venus*
*Riſiſſent. fore enim tutum iter, ac patens*
*Conuerſo in pretium Deo.*
*Aurum per medios ire ſatellites,*
*Et perrumpere amat ſaxa potentius*
*Ictu fulmineo; concidit auguris*
*Argiui domus ob lucrum.*
*Demerſa excidio; diffidit Vrbium* D
*Portas vir Macedo; & ſubruit æmulos*
*Reges muneribus. munera nauium*
*Sæuos illaqueant Duces.*

Ad ſummũ fortiſſimos efficit homines in bellis religio Chriſtiana, cum repleat illos, ac ſuccendat omnium maximè amore in eum, & ſuos, ob quem plurimi omnia faciunt, cum referuntur ad illum, ac proinde fortiſſimè pro ijs pugnant: nihili faciunt, cum diuellunt à Deo, ac proinde nihil eos dimouent, quo





A minus fortiter dimicent, cum neque ipſius patriæ, ſuorumve caritate, neque vllo pretio labefactentur, & à iuſto recedant.

*Omnium gentium regna inſigniora conciderunt ob luxum, qui milites effœminauit, atque ex hoc concluditur milites Catholicos omnium fortiſſimos, quod Catholica religio maximè omnium reuocet homines à luxu. idemq. concluditur, è fidei præſtatione, & ope ſuperorum.*

B *Cap. XIV.*

OPERAE pretium eſt, ac iucundiſſimum diſpicere quibus moribus forent gentes, cum magna ſibi imperia compararunt, & quibus, cum poſtea ſunt ab illis deiectæ. & comperiemus principio fuiſſe frugales, continentes, pudicas, contra ad finem intemperatas luxu, ac libidine perditas. Vt mirũ non ſit ad Ionæ con-
C cionem, prædictionemq. fuiſſe à Rege Nini indictum ieiuniũ populis, ac iumentis ipſis. quaſi nimia ingluuies foret in cauſa, vt euerteretur Niniue, Aſſyriacum imperium ruinam duceret, & ſanè ita eſſe cuncti Scriptores teſtantur. In his Iuſtinus lib. 1. Diodorus, cæteriq. omnes.

De Babylonico idem ſcribit Herodotus. Nimirum Babylonem tum captam fuiſſe à Perſis, cum ciues vnà cum Rege Labynito indulgerent choreis, conuiuijs, ac vino, quibus ſanè narrationibus eſt conſentiens, quod apud Danielem refertur Regi ablatum imperium diuinitus, cum daret operam tumulentiæ.
D Res eſt notiſſima. non eſt opus eam pluribus explicare, atque illuſtrare.

Ægyptiacis, & Æthiopicis Regibus quanta vitæ frugalitas, quãta eſſet cõtinentia cognoſcere poſſumus ex ijs, quæ ſcribit Diodorus lib. 1. antiquarũ rerum. c. 3. & lib. 3. c. 1. Tradit namque à principio ſubiectos illos imperio ſacerdotum fuiſſe, frugi, continentes, temperatos. Poſtea verò mutatos illorum mores cognoſcimus ex Herodoti lib. 2. Tanta certè quidem fuit ad extremum libido Ægyptijs, vt religioſum, piumq. ducerent cõſueſſe cum beſtijs. Hæc nos alibi recitauimus ſigno de euerſione

ne gentium,& regnorum. ixc.lib.xxiv. Veniamus ad Perſas. A

Perſæ antequam ad tantum culmen imperij venirent,ad panem,& aquam nihil aliud adhibebãt,niſi ſalem, & naſturtium, quod Xenophon in Pædia refert Cicero lib.de finibus, & in Tuſculanis. Veſtitu aſperrimo vtebantur, nimirum coriaceo. denique nihil habebant opiparum nihil lautum, quod ſicuti & ſuperiora tradit Herodotus lib.1. Mirandum verò,quo poſtea luxo nacti imperium maximum Perſæ diffluxerint. Hinc ille.

*Perſicos odi puer apparatus*
*Diſplicent nexæ phyliris coronæ:* B
*Mitte ſectari roſa quo locorum*
*Sera moretur.*

Norunt omnes periti quot, ac quan a luxus, ac libidinis inſtrumenta repererit Alexander cum Darij caſtra cœpit. Commemorant illa Iuſtinus, Curtius, Arianus, Plutarchus in vita Alexandri.

Quid autem de Græcis dicemus? Dux ille certè præſtantiſſimus Græcorum,cum pueris iuſsiſſet, vt ex altera parte appararent ſibi conuiuium more patrio, deinde ex altera vt Perſæ ſolebant, illorum tenui victu commendato iſtum de eſtatus accubuit ad ſolitam menſam. Deinde autem quis ignorat Alexandri ebrietatem,Perſicos mores ad ſe tranſlatos, ita vt in ſe odium ſuorum maximum conuerterit, quod ex iiſdem ſcriptoribus conſtat. iiſdem poſtea Græci omnes corrupti.atque hinc factum,vt eorum regna omnia conciderint. Nam quę de Cleopatra narrãtur adeo peruulgata ſunt, vt nõ ſit opus ea referre. C

Romani ſuperſunt.Plinius eſt totus in querelis, quod Romani exciderint ab illa priſca parſimonia,modeſtia,caſtitate. Audi Horatium.

*Fœcunda culpæ ſæcula nuptias* D
*Primum inquinauere,& genus,& domos,*
*Hoc fonte deriuata clades*
*In patriam,populumq. fluxit.*
*Motus doceri gaudet Ionicos*
*Matura Virgo,& fingitur artubus*
*Iam nunc, & inceſtos amores*
*De tenero meditatur vngue.*

*Mox*



A *Mox iuniores quærit adulteros*
*Inter mariti vina: neque eligit*
*Cui donet impermixta raptim*
*Gaudia luminibus remotis.*
*Sed iuſſa coram non ſine conſcio*
*Surgit marito: ſeu vocat inſtitor,*
*Seu nauis Hiſpanæ magiſter*
*Dedecorum pretioſus emptor.*
B *Non his iuuentus orta parentibus*
*Infecit æquor ſanguine punico*
*Pyrrhumque,& ingentem cecidit*
*Antiochum,Annibalemq. dirum.*
*Sed ruſticorum maſcula militum*
*Proles,Sabellis docta ligonibus*
*Verſare glebas; & ſeueræ*
*Matris ad imperium reciſos*
C *Portare fuſtes; Sol vbi montium*
*Mutaret vmbras; & iuga demeret*
*Bobus fatigatis,amicum*
*Tempus agens abeunte curſu.*
*Damnoſa quod non imminuit dies?*
*Aetas parentum peior auis tulit*
*Nos nequiores,mox datura*
*Progeniem vitioſiorem.*

Hæc ille deplorans,& vituperans corruptos luxu ætatis ſuæ
D mores. Et ſanè Romæ poſt Carthaginem deuictam nulla in re magis eſt certatum,quàm in deliniendo populo rebus ad voluptatem,deliciaſque pertinetibus.Publius Victor narrat in Vrbe fuiſſe duodecim Thermas ampliſsimas, balinea vero priuata innumera.in quibus mos erat,vt cuncti lauarentur,antequã cibum guſtarent, præterea vero vnguento illinerentur, idque quotidie. Amplius erãt lupanaria quadraginta quinque publica.ita vt nihil ſimile foret quoad luxuriem, mollitiemque Romanis.quid itaque mirum ſi imperium à Romanis poſt obitũ Neronis ad Italicos, ab his defuncto Nerua ad Hiſpanienſes,

atquę

atque inde ex aliis in alias nationes fuerit tranſlatum? donec A
ad Imperatorem Conſtantinum tandem peruenit, atque in Pō-
tificem Romanum ſumma illius. Annon illud itaque verum,
quod cecinit Claudianus lib. 3.

*——nam cætera regna*
*Luxuries vitiis, odijsque ſuperbia vertit.*
*Sic male ſublimes fregit Spartanus Athenas*
*Atque idem Thebis cecidit. ſic Medus ademit*
*Aſſyrijs, Medoque tulit moderamina Perſes.*

Ex his fit Catholicos, quamdiu manent in fide, neque deſi- B
nunt eſſe catholici, eſſe omnium fortiſsimos, non enim poſſunt adeo deliciis, ac voluptatibus effæminari ob ieiunia crebra, quæ præſcribuntur lege, confeſsiones frequentes, exempla religioſorum, quorum multi ſemper extant cætus rigidæ diſciplinæ obſeruantiſsimi, conciones ſacras, & hortationes ad temperantiam. Quamobrem plerumque Imperia, ac regna Catholicorum conciderunt ob eam cauſam, quod à Romani Pontificis obedientia defecerint, atque ob id temperantiæ, modeſtiæque leges abiecerint. Aut etiam Reges, & Imperatores, vſi ſint
militibus, Ducibus, copiis hæreticorum, quod contigit Impe- C
ratoribus Occiden tis, vt alibi obſeruauimus, qui perfidia illorum multis fuere regionibus per ſcelus ac proditionem ſpoliati, ac periculum nunc eſt maximum, ne Germania eamdem ruinam ducat. crapulæ enim ſe ſe omnino, atque ebrietati omnes ob hæreſes ſuſceptas dediderunt, cōtemptis catholicæ diſciplinæ ieiunijs, contempta omni lege. ac videmus è multis experimentis Germanorum vires maximè eneruatas, ita vt damnati nominis auctor in ſua Geographia cum Saxoniam deſcribit in Germanos ſuos acerrimè inuehatur veluti ob hæc ab antiqua fortitudine deſciſcentes. Quin eodem Turci tendunt, quos au- D
dimus contra priſcos mores effæminari, ac iam mollitiem, delitiaſque ſectari. Scite enim finxere olim, fabulatique ſunt Martem tum captum, cum Veneri adhæſit, atque à Vulcano retibus eſt concluſus.

Sic Annibal irretitus eſt forma mulierculæ, ſic M. Antonius Cleopatrę, duces ambo fortiſsimi quidem, ſed qui ob hæc amiſerint rerum bene gerendarum maximas occaſiones, quas ſi illi, vt militaris diſciplina exigebat, arripuiſſent ſpreta libidine, nulli Imperatori ceſsiſſent. ob id aiunt caſtra dicta, quod in eis libido



A libido caſtraretur. Nam ſi quis olim miles flore iuuentutis abuſus eſſet in eis, notatus ignominia dimittebatur à Romanis, vt lib. 6. Polybius refert. Rurſus;

*Vt Venus eneruat vires ſic copia Bacchi*
*Et tentat greſſus, debilitatque pedes.*

Sed & illud religio catholica ad corroborādas militū mētes habet, quod fidem præſtandā, ac potius millies emoriendum, quam violandam præſcribit. Atque hac parte præcellit omnibus omnium mortalium decretis, quod cum ſigno de veritate
B nos abundè explicauerimus, non eſt quòd inaniter hic verba effundamus. Quanti verò ſit ad animos faciendos illud eſſe perſuaſiſsimum, nullo modo frangendam, quàm Duci dederit miles fidem, fidem Turnus facit, qui violatum fœdus à ſuis videns, cum poſſent alioquin fuga ſibi conſulere, noluit, potius ſubire apertam mortem delegit.

*Vſque Adeone mori miſerum eſt? vos ò mihi manes*
*Eſte boni: quoniam ſuperis auerſa voluntas.*
*Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpæ*
C *Deſcendam magnorum haud vnquam indignus auorum.*

Contra autem nihil æquè robur addit militibus, nihil æquè eos bona ſpe iubet manus conſerere, quaſi de victoria certiſsimos, quam cum pergunt aduerſus perfidos, promiſſorumque violatores. Hinc Ageſilaus ille cum Tiſſaphernem Perſarum ducem contra pactiones initas aduerſus ſe venire ex eius legatis intellexiſſet, alacri vultu ad eos conuerſus dixit, ſe magnam habere gratiam Tiſſapherni, quòd periurio ſuo & Deos, & homines ſibi infenſos reddidiſſet, aduerſæ vero parti propitios. Hinc ille Aeneas inducitur à vate longè audacior factus ob ru-
D ptum à Turno fœdus, atque ob id ad filium conuerſus, & ad hoſtium ſtrages edendas ruiturus, aiebat.

*Diſce puer virtutem ex me, veroſq. labores*
*Fortunam ex alijs. nunc te mea dextera bello*
*Defenſum dabit; & magna inter præmia ducet.*
*Tu facito mox, cum matura adoleuerit ætas*
*Sis memor; & te animo repetentem exempla tuorum,*
*Et pater Aeneas, & auunculus excitet.*

Dein

A Dein verò plurimis interfectis.

*Multa Iouem,& læſi teſtatus fœderis aras.*
*Nequa meis eſto dictis mora: Iuppiter hac ſtat.*
*Nequis ob incœptum ſubitum mihi ſegnior eſto.*
*Vrbem hodie cauſam belli, regna ipſa Latini,*
*Ni frænum accipere,& victi parere fatentur*
*Eruam,& æqua ſolo fumantia culmina ponam.*
*Hoc caput, ò ciues, hæc belli ſumma nefandi*
*Ferte faces properè, fœduſq. repoſcite flammis.*

B Hæc igitur ita, vt diximus, cum ſint, illud ſæpius contigit, vt cælites clariſsima luce viſi ſint noſtris eſſe auxilio in bellis, quod proprio ſigno è plurimis euentis nos illuſtrauimus.

Colligamus, quæ explicauimus. milites catholici fortiſsimi ſunt, quod catholica religio maximè abducat à luxu, qui perdidit omnium gentium regna, fidem præſtandam præ cunctis imperet, habeatque ſuperos auxiliares.

C *Catholici ſunt omnium fortiſsimi, quod remotiſsima regna, ac regiones longiſsimè diſsitas non modo acquiſiuerint, ſed etiam diu tutati ſint, ac tutentur, & quidem contra fortiſsimas gentes. ſimiliter haud ſunt perpeſsi in ſuas terras, quandiu permanſere in fide catholica, tam frequentes irruptiones barbarorum. denique non niſi cum multo maioribus copijs, ſi quando vinci accidit, ſunt profligati.* Cap. XV.

SED nonnullis adhuc euentis, hæc quæ diximus, confirmemus. Vires alicuius ex eo cognoſcuntur magnę, quod in remota porrigantur, & quo longius poſita ſunt, eò validiores. D Exiguus ignis vix ea, quæ propè ponuntur, calefaciet; Magnus procul etiam ſita, nam vicina accendet, comburet; quod ſi augeatur adhuc incendium longiſsimè exiſtentia pertinget. Videamus igitur è collatione, num robur catholicorum corroboret tantum vicina, an verò ſimul abſentia plurimũ; de catholicis locis, ac Regi catholico, doctrinæq. obedientibus loquimur, vt præfati ſumus, ac repetitum ſemper volu-





A volumus. Omnis enim fortitudo, ac vis à Deo deriuatur; ac proinde hæreticis, iiſque, qui pro hæreticis bellant ad extremũ nulli ſunt nerui. Elucéſcit autem præcipuè fortitudo militaris in longinquis locis aut expugnandis, aut ſi oppugnentur à fortiſsima gente defendendis ob multa. In primis enim nihil eſt, qđ reddat alacriores, ac promptiores ad opera omnia, quàm ſtare in conſpectu multorum, à quibus cognoſcaris. Ob id cum degimus in alieno ſolo exhilaramur, vbi ciuem noſtrum, popularemq. illuc aduentantem contuemur, eos enim reputamus eoſdem cum nobis; ac propterea videmur nobis tum dilatari, B & quodammodo multiplicari; contra verò diminui, & ad nihilum redigi, cum neminem popularium, noſtrorumq. conſpicimus. Quod ſi quis in remotis commorans idem robur ſeruet, eandem fortitudinem, hic erit reuera fortis, ac ſibi omnino cõſtans, non aliunde pendens, ſed ex ſeipſo hauriens vires. Iam verò ignota nobis naturaliter ſolent eſſe horribiliora, ac mentẽ magis excutere, animum labefactare. longinqua autem magis ignota nobis. Hinc ille miles, cum fortè incidiſſet in quoſdam non ſibi notos, aiebat.

C *——ſenſi medios delapſus in hoſtes*
*Obſtupui, retroq. pedem cum voce repreſsi.*
*Improuiſum aſpris veluti, qui ſentibus anguem*
*Preſsit humi nitens, trepiduſq. repente refugit*
*Attollentem iras, & cærula colla tumentem*
*Haud ſecus Androgeos viſu tremefactus abibat.*

Accedit ad hæc nihil eſſe auxilij propinqui, quod ſperare in remotis degens poſsit, ob id magis examinatur. Quid autem ſe conſolabitur iſte honore adipiſcendo, ſi quando robur oſtentabit? D cum pauciſsimos habeat actorum ſuorũ teſtes, & ſiquid eximium geret fabuloſum reputabitur, ac fictum. An lucro ſe confirmabit? quando in longis itineribus ſunt inſumenda omnia. Quod ſi morbo tentatur, ſi quod adeat periculum, nõ erit ferè, qui aut curare illum poſsit, aut dolorem verbis lenire.

Sed militi catholico Deus, qui vbique eſt, atque omnia continet, eſt inſtar omnium. quocirca illius eximia fortitudo in remotiſsimis maximè apparebit. Ad exempla veniamus. Sumus ſupra annos octuaginta, ex quo Luſitani cœperunt inſulam Dium ad oſtia Indi; & Armuzium ad oſtia Perſici maris. Duplo

plo amplius. hæc duo loca diſtant à Luſitania, quàm quoduis à A Romanis captum diſtaret à Roma. Ex illis conati ſunt expellere Luſitanos Mamaluchi, Ægyptij milites, vt habebantur, generoſiſsimi, ac nullis ſecundi, qui cum claſſe illuſtriſsima aduerſus Luſitanos arma expedierant, ac uicti ſunt. conati ſunt idem Turci. Eorum namque potentiſsimus Rex Solymanus eò miſit Solymanum copijs plurimis, & omni armorum genere ornatiſsimis. & hi ſimiliter fuſi, ac fugati. Multa eodem modo Perſæ tentarunt, Arabes, Indi. & nihil omnes egere. Quid autem de regno Malachæ? ſiue aurea Cherſoneſo? quid de Moluchis inſulis dicemus, ad quas expugnandas fortiſsimi populi, B vt ſunt in ijs locis, conuenerunt, irrito conatu. cum tamen iſta loca ſint omnium maximè diſsita, vt nihil magis. Nunc inſpiciamus quéuis locum in imperij Romani confinibus poſitum, videbimusq. nõ fuiſſe tãdiu ſic Romanorũ poteſtate, vt non fuerit aliquando expugnatum intra temporis ſpatium multo breuius, quamuis duplo propinquius fuerit. exempli gratia. Cæſar cœpit Britanniam. deſciuit illa haud multo poſt, Octauianus coactus eſt rurſus arma in eam mouere. Eadem neceſsitate cõpulſi ſunt multi ex Imperatoribus ſequẽtibus. Quod attulimus de Britannia, idem poſſumus aſſeuerare de quibuslibet locis ad C cõfinia Romani imperij olim poſitis in extremis Mauritaniæ, Numidiæ, Lybiæ, Cyrenes, Ægypti, Aſſyriæ, Armeniæ, Mediæ, Thraciæ, Illyrijq́, limitibus. quorum nullũ ſimile fuit, quod non anguſtiori temporis interuallo fuerit expugnatum. atq; idcirco nihil in Perſide vltra Tygrim retinere potuerũt, nihil ſupra Rhænum, Danubiumq. quamuis iſtorũ locorum terras aliquas aliquando legantur cœpiſſe.

Aliud euentum, comprobans eximiam fortitudinem noſtris eſſe videtur illud. Barbari ſunt, aut qui nullis omnino, aut propè nullis legibus vtuntur, vel non iiſdem cum nobis, ſed lon- D gè alienis, quæ colligãtur è cõtrarijs principiis, atq; aſſumptis. Atque idcirco barbari nobis ſunt hæretici, Mahometani, & id genus alij. Eodem loco reponantur, quicumq; omnia bona auferrẽt, non ob aliam cauſam, quàm quia bello vincerent. Catholici namque aduerſus catholicos valent, vbi par, aut iuſtior cauſa adeſt. idcirco Galli, Germani, Hiſpani aduerſus Italos valebunt, & eorum loca occupabunt, & hi viciſsim, vel alij catholici aliorum.

Anno 563. Longobardi tum barbari conſedere in multis Italiæ



A liæ locis, & regionibus ex eo nulli barbari diu fixas in Italia ſedes habuere poſt ætatẽ Cõſtantini. Nunc elige quod vis tẽpus ſupra illius ætatẽ. & cum ſint elapſi anni mille triginta, ex quo nullæ barbaræ nationes illam, vel eius nobiliorem regionẽ cœperint, comperies tantũ tẽporis haud tranſactum ante Cõſtantini tẽpora. res eſt clariſsima. Galli Italiæ magnã partẽ cæpere Romã diruerunt anno 363. à quo vſque ad Conſtantinum colligunt aliqui nõ multo amplius, quàm ſeptingentos annos. Porrò ante aduentũ Gallorum gentes innumerę irrumpebant in Italiam, cunctaq. prioribus dominis auferebant, vt aperuimus li-
B bris de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu.

Annus eſt ſupra milleſimum, ac centeſimũ ex quo poſt Francos nullæ gentes inuaſerunt, atq; occuparunt Gallias, excepta Northmanniæ parte. Tantundẽ dicimus de Anglia, quas olim duas prouincias cognoſcimus è Cæſare, & alijs patuiſſe direptionibus, atque occupationibus barbarorum. Hiſpania deſciſcens ab obediẽtia Romani Pontificis capta eſt à Saracenis anno 717. poſtea ſic eam recepere Hiſpani, vt nullos progreſſus ex aduerſo facere potuerint Saraceni. Germania quondã cõmunis campi inſtar erat in quo cõſiderent, quibuſcũq; collibuiſſet,
C idemq. de cæteris Borealibus regionibus aſſeueratur, vt aperuimus ſigno de decenti fęlicitate catholicorum. At poſt ſuſceptam fidẽ catholicã, ab huiuſmodi irruptionibus eſt illæſa, quæcumq; prouincia retinuit catholicã doctrinam. quæ ſanè cum acciderint aliis oris, vel aliàs iiſdem, vt eodem ſigno explicauimus, Hinc apparet omnium fortiſsimos eſſe catholicos noſtros.

Poſtremò illud oſtendit, quæ ſit nobis, & quæ ſit aliis fortitudo. Enumerauimus ſupra à pauciſsimis noſtrorũ plurimas ſæpè copias fuſas, noſtrorum minima cęde. Nunc cõtra inſpicia-
D tur, an fuerit vllum tempus, quo tam multi catholicorũ fuerint à tam paucis alienarum gentium necati, aut victi. Numquam comperies. quin contra ſemper euenit, quoties noſtri profligati ſunt, exigẽte id iuſtitia diuina, ob cauſas, quas retulimus, innumeris partibus plures ſemper hoſtes catholicorum fuerunt. Vt cum victus eſt Ludouicus Hungarię Rex à Solymano Turcorum Rege ętate auorum noſtrorum; noſtra autem Sebaſtianus Portugalliæ Rex à Numidis, & Mauris, cum bellũ mouiſſet, pugnamq. iniiſſet contra omnium ſapientũ conſilia. Rurſus quoties acie inſtructa confliximus, ac vicimus, neque pro hęreticis

 pugna-

pugnauimus cauſaue iniuſta, inferior nobis militum numerus, A vt plurimum fuit, & tamen vicimus. ex quibus omninò fit nos eſſe animo manuq. promptiores, ac valentiores.

Ex omnibus igitur, quæ hucuſque diſſeruimus apparet catholicos omnium fortiſsimos, ac veriſsimè id eſſe à Sybillis prænunciatum magnos nobis Achillas in bellis haud defuturos.

Id verò oſtendũt ordines militares à Pontificibus Romanis inſtituti, quamuis illi nunc multum deflexerint à diſciplina, & inſtitutis antiquis.

Strages hoſtiũ plurimorum factæ à paucisſimis noſtris, dum B confligunt acie, & armis concurrunt.

Indomitæ ex omni æuo nationes per catholicos deuictæ, & à quibus omnes aliæ ſunt ſuperatæ.

Ampliſsima imperia bello parta Orientale, Occidẽtale, Gallicanum, Germanicum, Tartaricum, Hiſpanicum, Luſitanicum.

Eorumdẽ conſeruatio diuturnior, quàm fuerint ab vllis gentibus vmquam ſua conſeruata.

Comparatio noſtrorum Ducum cum priſcis.

Collatio bellorum contra Perſas à noſtris, & alijs geſtorum, C qui ex antiquo tempore ſunt habiti fortes, & Romanorũ duos Imperatores occiderunt, cœperunt.

Machinarum noſtrarum comparatio cum priſcis, quæ ridendæ ſunt præ noſtris ex inuento noſtrorum.

Fœminæ militares, quibus nulla ætas pares tulit, niſi ad fabulas, & ſomnia confugiamus.

Deſpicientia humanarũ rerum, quæ mortis, periculorumq. omnium contemptores facit.

Expectatio præmiorum cæleſtium maximorum, quæ maximè accendant animos pugnantium. D

Tutela Sanctorum, quorum nomina geruntur, de quibus dicti Imperatores, ac Reges multo præſtantiora geſſerunt, quàm nomina antiquorum præſeferentes.

Contemptus iniuriarum, qui tuetur amicitiam commilitonum, ac iunctis animis, & viribus in hoſtes impellit.

Amor Dei, ſuorumq. maximus, ob quem bella adminiſtrantur, & qui eſt omnium potentiſsimus.

Amotio cuiuſlibet intemperati luxus, qui milites effœminat, eneruat, & omnia regna euertit.

Re-



Remotiſsima regna defenſa aduerſus acerrimos hoſtes nobilius, quàm ſua fuerint à Romanis.

Barbarorum coërcitæ irruptiones ex antiquiori tempore, quàm fuerint à priſcis.

---

*Ego F. Io. Baptiſta Plumbinus totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Procurator Generalis, ac in Gymnaſio Romano publicus Lector, omnia, ac ſingula ſupraſcripta, ex qua potui diligẽtia, ac ſtudio perlegi, atque examinaui, & nihil, quod fidei Catholicæ, ac moribus Chriſtianæ Religionis deroget, inueni, atque ita approbo.*

*Ita eſt Ego F. Io. Baptiſta Plumbinus vt ſupra manu propria. die 22. Iunij 1593.*

Imprimatur

F. P. Ioannes Caragoça M. & ſocius R. Magiſtri Sacri Palatij.

*Imprimatur*

*M. Antonins Vicesgerens.*

INDEX

# INDEX.

A

AB Euphrate ad Indum quot ſunt gradus longitudinis & latitudinis. pag. 16
Aetius in Campis Catalaunicis Attilam ſuperauit. 11
Ageſilaus Victorem ſe reputat ob hoſtium perfidiam. 95
Alfonſus Rex victor Saracenorum. 12
Alfonſus Alburquecius plurimas in Arabia, Perſia, & India terras occupauit armis. 13
Almeida cum Mamalucchis militibus fortiſsimis, à Sultano miſſis, pugnauit & victoriam reportauit. 14
Alexandri victoriæ quarum prima cum ad Granicum flumen eſt pugna commiſſa. 15
Secunda in anguſtijs Amanimontis,
Tertia fuit ad Arbelæ vicum. 16
Alexandri Magni Imperium quàm latum. 40
Alexandri imperium quamdiu ſtetit. ibid.
Ampliſsimæ Regiones bello acquiſitæ, Chriſtianæ Rei adiectæ. 1
Amplitudinem Imperij Catholici retinuerunt diutius licet aliquando aliqua facta ſit variatio. 33
Amplitudo Regni Aſſyriorum. 34
Amplitudo Imperij Aſſyriorum parta à Nabuchodonoſoro. 37
Amor eſt cauſa roboris bellici. 34. & ſeq.
Animalia quò leniora eò ad pugnam acriora. 67
Aſiæ vſque ad Euphratem longitudo & ſua latitudo. 26
Aſſyrij Primi latiſsime videntur dominati. 28
Aſſyrij ab Abrahami ætate vſque ad Cyrum nunquam pertigerunt ad magnitudinem Gallicani vel Germanici Regni. 37
Aſſyrios falſum eſt primis temporibus, tàm latè dominatos. 35
Auriettæ Auriæ fortitudo Militaris. 58

Bar-

B

Barbaricas irruptiones omniū minimè catholici perpeſsi. 98
Baſilij Imperatoris laus bellica. 49
Bellum ad potiunda licitè terrena eſt inſtitutum. 1
Bellum corpora tuetur. 1
Belluæ prudentiores minus amant bella. 5
Bella ſocialia in Italia, ac Roma per annos prope centum.
Bella ciuilia inter Octauiū atq; Cynnā aliosq; Romanorū duces. 6
Bella cur moueantur. 9
Bellicæ fortitudinis eſt imperia ſibi comparare ac retinere. 33
Bellis adminiſtrandis noſtri quanto interuallo poſt ſe relinquant Antiquos. 56
Beliſarij laus bellica. 49
Beneficentiam manſuetudinemque omnes amare debere. 76
Bohemici Reges bellica laude præſtantes. 48
Braccius Montoni Comes. 49
Brigida ſanctiſsima fæmina Græcorum rebus florentibus in Europa futurum euentum prædixit. 24

C

Caroli Magni, & Caroli V. laus bellica. 52
Carolum Fracorum Regem dum in ſummam ſuæ fortunæ deſperationem venerat Ioanna puella produxit ad Aureliam obſidione liberandam. 57
Carolum Regem Ioanna Puella Anglos plurimis prælijs fundens Remos ad inaugurationem ſacram ſuſcipiendam per medios hoſtes viriliter perduxit. 57
Catholici quantum ſpectat ad exercitationes bellicas ab omnibus nationibus vincuntur. 10
Catholici niſi pro Regionibus hæreſum plænis pugnent, vel niſi ſint in Pontifi. Romanum, contumaces omnium fortiſsimi. 10
Catholici cætum ſuum conſtituerunt ab illapſu Spiritus Sancti in Apoſtolos. 30

Catho-



Catholici omnium fortiſsimi. 33
Catholici dedere bis Regem Perſis bello domitis. 55
Catholici omnium fortiſsimi quòd Deum præ cunctis ament. 84
Catholicorum Regnum à primis exordijs paruum, nunc omnium latiſsimum in Hiſpanis. 55
Catholicos duces in bellis gerēdis quos omnibus antiquis opponere ſimus. 52
Catholici fortiſsimi qui Deo maxime fidant. 88
Caſtellani crucis vexillum diuinitus habent. 82
Luſitani ſimiliter, ibid.
Catholicis ad extremum gentes cunctæ ſe ſubiecerunt. 87
Catholici omnium fortiſsimi quod luxu minime omnium corrumpantur. 94
Cæſar Magnusq; Alexāder ſuis cum militibus antequam manus conſererent, haud leguntur conſueſſe beſtias immolare contra Macchiauellum. 9
Chriſtiani qui veræ Religioni quàm Romanus Pontifex decernit, adhærent, vere Deum Ducem ſequuntur. 64
Chriſtus per Crucem Rex omnium. 77.6
Cyrenes. & Aegypti longitudo latitudoque. 26
Ciues ſuos vlciſcendis iniurijs aſſuefacere, nihil aliud eſt quam eos dilaniare, ac diſpergere. 74
Claudianus Theodoſium alloquens. 11
Confutatio Macchiauelli aſſerentis pecoribus perimendis robur noſtris animis ingenerari. 9
Conſtantinus aduerſus Maxentium bella mouens Romā cæpit.
Conſtantinus per Crucem cæpit Imperium Romanum. 81
Contemptus humanarum rerum facit homines fortiſsimos: ob id noſtri fortiſsimi. 90
Corſicæ longitudo atque latitudo. 17
Crucis vexillum quatuor hominū generibus cælitus datum. 80
per illud omnium latiſsima imperia parta, Romanum Luſitanicum Hiſpanicum. 81. & ſeq.
Crucis vexillum in la baro formatum quicūque Imperatores Antiqui

O

tiqui ſuſtulerunt in bellis nunquam victi in Acie. 82
Crux Chriſti fuit inſigne fugandis, ac vincendis hoſtibus. 67
Crux in bellis explicata ſignificat nos pro Chriſto paratos mori, ac per illum conſecuturos victoriam. 80

D

DAniæ Reges bellica laude præſtantes. 48
Decij pater ac filius deuouentes ſe præclariſſimus victorias reportarunt ex hoſtibus. 77.d
Deuouebant ſe antiqui pœnis excipiendis pro ſuorum ſalute. 77
Deuouens ſe bonus, pænis pro ſuorum bono, quid reportet. ibid.
Deuouerunt ſe multi è noſtris pro bono communi. 78
Deus omnium finis. 5
Diſciplinarum liberalium ſtudia, nos à belluis deſtinguunt. 1
Duces, Græciæ Romanis ducibus æquales. 49
Duces bellicoſos in Italia, poſt Auguſti Imperium nullos propè extitiſſe. 49
Ductoribus militum ſanctorum nomina bellicũ robur addũt. 66
Dux Moſchouiæ irrũpens in fines Liuoniæ bis turpiter fuſus. 12

E

ÆGyptij latè ſcribuntur imperaſſe. 28
Aegyptij dominati ſunt latè regnantibus Zetho, Rhampſe Seſoſtre. 38
Equites Religioſi diuinitus habent Crucis inſigne. 83
Aethyopes dominati latè. 28
Aethyopici imperij dominatio. 39
Euerſio Theutonicorum militum. 4
Eugenius Chriſtianam Religionem exciſurum ſe iactans à Theodoſio imperatore ſuperatur. 11

F

FAeminæ Catholicæ fortitudine militari præſtantes. 58
Ferdinandus Corteſius aduerſus quot gentes bella gerens victor extitit. 15





Fiducia eſt cauſa roboris bellici. 88
Fiducia maxima Chriſtophori Columbi, Vaſquij Gamæ, Ferdinandi Magagliani. 88. & ſeq.
Fortitudinis partes duæ ſuſtinere, & aggredi in Prohem. prima nobilior ſecunda. ibid.
Fortitudo è quibus naſcatur à cap. x. vſque ad finem.
Franciſci Sfortiæ laus bellica. 49
Franciſci Mariæ Ruerij. 50
Friderici Vrbinatium Ducis. 49
Froila victor Saracenorũ quinquaginta quatuor millia occidit. 12

G

GAllicanum Regnum ad amplitudinem maximam peruenit inter Catholicos atque perdurat, 44
Galliæ longitudo, ac latitudo. 25
Galliæ Reges bellica laude præſtantes. 48
Galliæ Hiſpaniis anguſtiores. 27
Galli Antiochiam, Syriam, Cyprum, Conſtantinopolim, Græciæ magnam partem, Italiæq. Luſitauiam, Germaniam, Angliã, Hungariam, Poloniã, Siciliamque tenuerunt imperio ſuo. 45
Galli plures Reges orbi dedere, quàm cæteræ gentes. 45
Gangeticas terras ad quas neque per ſe, neque per ſuos peruenit Alexander, vicit Alburquecius. 13
Germanici Reges bellica laude præſtantes. 48
Germanicum Regnum ad maximas ditiones euectum. 44
Germaniæ longitudo ac latitudo. 25
Germaniæ magnitudo. 17
Genuenſium Reſp. bellicarum rerum peritiſſimis viris abũdat. 50
Græci victores Perſarum fuere aduerſus Darium in campis Marathonicis. & ad Platæas. 14
Græci victoriam retulere aduerſus Xerſem. 15
Græciæ adnumeratis Illyrio, Theſſalia, Macedoniaque longitudo & latitudo. 25
Græci Alexandro regnante regna multa acquiſiuerunt 28

Græci latè regnarunt & quamdiu durarunt in Seleucidis, ac Ptolomæis. 40

H

HEbræorum euenta renouata in victorijs Catholicorum. 11
Hæretici è Græcis imperatorib. à Mahometanis ſpoliati. 54
Hiſpania magnitudinis eſt maioris, quàm ſint multa antiquorum Regna. 26
Hiſpaniarum occupatio Vitiza & Roderico regnantibus. 12
Hiſpanicum Regnum ampliatum ac duratio illius. 45
Hiſpaniæ longitudo latitudoque. 25
Hiſpani Reges bellica laude præſtantes. 48
Hiſpani bellica fortitudine quò peruenerint. 56
Hiſpani orbis tertiam partem tenent. 33
Homines ad iniurias vindicandas exerceri eſt tollere omnem amorem. 74
Homines non ad iniurias remittendas incitare ac perſuadere, eſt hoſtibus victoriam præbere, 74
Honeſtiora ſunt hoībus sāctitate præſtātibus apparata præmia. 8
Hungarici Reges bellica laude præſtantes. 48

I

IMperatorum Catholicorum ſeries prima. 30
Imperatorum Occidentalium, ſeries ſecunda. ibid.
Imperatorum Orientalium, ſeries tertia. 31
Imperatorum Catholicorum 4.5.6.7.et octaua ſeries. 31.32.33
Imperia ſine vitæ ſanctitudine diſciplinarum liberalium ſtudio rerum bellicarum tractatione diu durare non poſſunt. 1
Imperia latiſſima quæ contingerunt alienis, à catholica Religione. 27.& ſeq.
Imperia à Catholicis poſſeſſa quot & quanta. 43
Imperia Aſſyriorum Chaldæorũ Aegyptiorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum, ſubuerſa ob luxum. 97
Imperij Romani amplitudo. 30.40
Imperij ſucceſſio prima, & ſecunda Catholicorum duratione ſuperauit Romanos & cunctas Regum ſuperiorum ſeries. 44





Imperium Romanum dilaceratum à Viſigothis, Vandalis, Anglis, & Francis, non vi, & fortitudine ſed perfidia & dolo. 18
Impetrare innititur diuinæ miſericordiæ. 78
Iniurias atq; offenſas remittere, iūgit iūctos & ſeruat amicos. 75
Inſignis Pelagij victoria aduerſus Saracenos. 12
Inſtitutio Hieroſolymitanorum militum ab Vrbano ſecundo ritè procurata in bellicis expeditionibus. 2
Ioanna Tullenſis quot & quanta præſtiterit in bello; atque vt antiquitas tota nullam illi habeat parem. 57
Irruptiones barbaricas omnium minimè perpeſsi Catholici. 98
Iſtriæ, Liburniæ, vtriuſque Pānoniæ, ac Daciæ longitudo ac latitudo. 25
Iſtriæ, Liburniæ, Myſiæ, vtriuſq; Pānoniæ, et Daciæ magnitu. 27
Italia dilacerata, ac deſolata imperiò ſtante. 6
Italiæ magnitudo. 27
Italiæ longitudo ac latitudo. 25
Itali militum duces fortiſsimi. 49

L

LAtitudo Imperij Turcici. 42
Leonis multæ proprietates, è quibus deſcribitur contra Macchiauellum miles Catholicus in Prohemio.
Lithuani parua militum Acie Moſchouitas ſuperant. 13
Longitudo & latitudo vniuſcuiuſque Prouinciæ. 33
Luſitanici Regni amplitudo. 45
Luſitani Crucis vexillum quinque plagis formatum diuinitus habent. 82
Luſitani quinq; ſcapha inuecti cum faceret aquationē in flumine inſulæ Taprobanæ concluſi fuerunt à Claſſe inimicorum maxima, multiſq; militum millibus inſtructa, & vicerunt. 14
Luſitani Reges bellica laude præſtantes. 48
Luxus euertit Aſſyriacum, Chaldaicũ, Aegyptiacum, Perſicum, Græcanicum, Romanumq; imperia. 91.& ſeq.

M


MAcchiauelli opinio aduerſus Romanum Pontificem. 2

Macchiauellus nos ad vltiones ſumendas adhortans, amicitiam tollit de mundo. 75

Macchiauellus legẽ Chriſti carpit obliuionẽ iniuriarũ ſuadẽtẽ. 76

Macchiauellus quæ dicat contra Religionẽ Catholicam, quoad Robur militare in Epiſtola ad Pontifi.

Machinæ bellicæ noſtrorum quanto præſtant antiquis. 56

Magni Imperatores eò in ſingulis regnis fortiora perfecere in bellis, quò magis Pontificibus Romanis fuerunt addicti. 4

Mali poſſunt aliquando precibus impetrare nõ mereri ac ſatisfacere. 78

Malum non malo ſed bono vincendum. 76

Manſuetudo facit homines fortes in prælijs in Prohem. & 67.68

Marc. Ant. Imperator Confitetur victoriam ſe conſecutum viribus Chriſtianæ legionis. 10

Marc. Ant. Imperator Chriſtianam legionem aduerſus Quados & Marcõmannos pugnantẽ fulminatricem vocauit. 10

Margareta Daniæ Regina. 48

Mariæ Puteolanæ fortitudo militaris. 58

Martyres nobiliores militibus in Prohem.

Mauritaniæ, Libiæ, Numidiæq; habitabilium longitudo et latitudo. 25

Mæreri ac ſatisfacere innititur iuſtitiæ. 78

Mendacium Iuſtini hiſtorici quoad Cynegyri Græci factum. 15

Mendaciũ Curtij, ac Diodori in geſtis Alexandri ſcribendis. 28

Meſopotamia ante Alexandrum Magnum nõ habebat niſi duas Vrbes, Ninum, & Babylona. 38

Michaele Paleologo Imperatore defuncto Græci omnes à fide Catholica defecerunt. 23

Miles prædandi ardore erit pugnæ cupidus inquit Macchiauellus. 60

Milites venales, à bellicoſis ducibus in ſuis bellis gerendis repellendi ſunt aduerſus Macchiauellus. 61


Mili-




Milites ad pecuniarũ omnino dignitatumq; ſpem aſſuefacere multa continet abſurda contra Macchiauellum. 62

Milites nihil æquè inflãmabit, quàm ſi certiſſimo credãt fore vt à Deo æternam conſequãtur beatitudinẽ aduerſus Macchia. 62

Milites ad humanum ſanguinem fundendum nunquam pugnare velint, niſi adſit iuſtitiæ ratio. 62

Milites sãctorũ noĩbus inſigniti fortiores erũt aduerſus hoſtes. 68


N


NAbuchodonoſori imperium, quàm latum. 27

Nabuchodonoſorus non eſt tranſgreſſus Armeniam, neque peruenit ad Indum. 27

Eius imperium quamdiu ſtetit. 37

Nationes ex omni tempore indomitæ Germani, Scythæ Europæi, alijque multi. 19

Nihil æque militibus animos addere ad præliandum, quàm iuſtam ob cauſam pugnantes, certo credere bonis, bene, malis male, futurum, Deumque ſuum cuique retribuere. 63

Nomina ſanctorum noſtris infantibus imponenda non eſſe Macchiauellus dicit. 64

Nomina ſanctorum noſtris infantibus adiecta, magis eos ad gloriam militalem cõmouent, quàm priſcorum à ſanctitudine alienorum aduerſus Macchiauellum. 64. & ſeq.

Nulla facta vmquam fuit expeditio militaris aduerſus Chriſti, et Chriſtianæ religionis hoſtes, non adnitente ante alios Papæ. 2


O


OCcidentalis Imperij duratio. 43

Odoardus Paciecus deuouit ſe, ac vicit. 79

quomodo id egerit & quomodo vicerit. ibid.

Odoardus Paciecus, cum Arabibus & Indis manum conſerens eos mirabiliter fudit. 14

Ordo C. Iacobi excitatus ſub Alexandro. 3

Ordo Chriſti à Luſitanis fundatus. 3

Orientale & Occidentale Imperium in vnum coniuncta amiſſa Hiſpania, & Gallia. 43


Orien-

Orientale Imperium quamdiu ſtetit. 43
Oſtrogothi ex omni tempore indomiti, ſed à Catholicis victi, ac deleti. 19

P

Patientia nobilior robore militari in Prohem.
Patientia robur addit animo in Prohem.
eadem robur addit alijs ſuis. 79
Patientiſſimus omnium cauſa eſt maximorum bonorum. 76
idem ſuis cauſa omnium victoriarum. 76
Paupertas confert ad robur militare in Prohem. & 60.61
Pecudem aut beſtiam aliam perimere ſocordiam animi affert. 9
Perfidia addit animos ac robur hoſtibus. 95
Perſæ nulla cruenta ſacra faciebant, ſed viuente Cyro ac Cambyſe pugnaciſſimi fuere. 9
Perſæ, poſt Aſſyrios, Aegyptios, & Aethyopas imperarunt. 19
Perſæ, ducto initio à Cyro vſq; ad Darium quãdiu regnarunt. 39
Perſæ, Parthiq; ex quo cum Romanis bella gerere cæperunt vnum Imperatorem necarunt, & vnum in ſeruitutẽ abduxerunt. 54
Perſæ nullum è noſtris cæperunt aut necarunt. 54
Perſæ, Hæreticis imperantibus occuparũt terras Occidentalis Imperij. 54
Pipini nepotes, quid in Occidente poſſederint. 31
Pyrrhus quid egerit cum Fabricio Romano. 54
Poloni pugnantes cum Baſilij Moſchouiæ Ducis exercitu victores redeunt mirabiliter. 13
Pontifex tria curare debet. 2
Pontifices Romani contra Chriſtiani nominis oppugnatores militares ordines inſtituerunt. 8
Pontifices Romani Populuſque Chriſtianus, magis operam dederunt, ac dant rebus diuinis quàm militaribus. 8
Populi innumeri à nullis vnquam Regibus, aut gentibus, ſub imperium miſſi, niſi à Catholicis. 20
Preces malorum poſſunt aliquando impetrare. 78

Qui



Q

Quia à ſanctis nomina tulere bellicoſiſſimi fuerunt aduerſus Macchiauellum. 67
Quot quantaſque noſtri, ediderint in acie hoſtium ſtrages. 10

R

Rationes adductæ aduerſus Macchiauellum contendentem à Chriſtiana lege homines imbelles fieri. 69
Rege Alfonſo ſunt interfecta Mahometanorũ ducenta millia. 12
Reges Catholici ne dum inuictos populos domuerunt, verum etiã reges Septemtrionis maximos ſibi tributarios reddiderunt. 20
Regũ in vnam coeuntes religionẽ vniq; Pontifici in diuinis, æternaq. doctrina omnino ſubiecti, quàm latè diuq. imperarint. 46
Regũ Chriſti cultum ſequentium antiqua euenta memoria repetitur. 47
Reges, ac Duces non aſſequentes Dei veri cultum, & gratiam ſuperſtitioſe augurijs operam dantes miſerrime hærebant in vmbris. 64
Regibus Aſſyriorum priſcis non fuit tanta magnitudo imperij, quanta Gallicanis, & Germanicis. 36
Regibus qui ſanctorum nomina tulerunt excellentia militari cum ctis præſtiterunt. 66
Reges antiquis fuere vitia enormiſſima. 66
Regna omnia euerſa ob luxum. 92
Regna remotiſſima omnium parta à Catholicis & defenſa. 97
Regna inſulaſq. multas Catholici Reges domuerunt. 22
Romani quando primum cæperunt habere militem mercennarium in caſtris. 62
Romanorũ imperiũ in Occidẽte cur à gẽtibus dilaceratũ. 18. et ſeq
Romani victi à Conſtantino, imperiumq; illorum ab eodem acquiſitum. 17
Romani victi à Theodoſio pugnante contra Eugenium. ibi.
Romanos Deus euexit ad tantum culmen imperij ob virtutes. 7
Romani diuturnitate imperij cunctos Reges ſuperarunt, 40
Romani Imperium vſque ad annum 650. latiſſimè amplificarũt

nul-

nulliſque ciuilium turbarum diſsidijs exagitatum. 6
Romani Pontifices Chriſti cultum præ cunctis alijs curarunt. 7
Romani Pontifices ad imbecillos, ac paruulos defendendos reges, ac populos ad arma ſumenda excitarunt. 8
Romani cunctos amplitudine imperij vicerunt. 29.30
Romanorum Imperatores in Occidente & Oriente, quid poſsiderent. 30.31
Romanorum virtutes ſummis laudibus extollit Polybius. 6
Romanos ad ſupremi Imperij faſtigium prouexit metus diuini numinis. 63
Ronimirus Saracenorum victor. 8
S
SAcerdos ad altare, poſitus poteſt occidere aggreſſorem, niſi aliter euadere non poteſt. 70
Sanctitudo vitæ nos Deo conciliat. 1
Sanctimonia mens ipſa diuinitati conglutinatur. 1
Sanctus Ambroſius dicit miraculo eſſe adſcriptum, quod venti, exorti iacula in Theodoſij hoſtes retorquerent. 11
Saraceni latiſsimè viſi ſunt imperare. 29
Saraceni quo anno regnare cæperunt. quandiu regnarunt. 41
Scientia homo excolitur. 1
Scythæ Europæi quot regiones occuparint. 20
Scythæ Europæi ex omni tēpore inuicti, ſed à catholicis domiti. 20
Seſoſtris imperium quàm latum. 28
quàm diuturnum. 39
Siciliam occupantes Saraceni à Roberto Guiſcardo victi ſunt. 22
Siciliæ longitudo, latitudoque ſua. 25
Sydonij teſtimonium victoriæ Aetij aduerſus Attilam. 11
Stilicho, Radagaiſum ſuperauit. 11
Studium Romanorum Pontificum ordinibus militum conſtituendis, vt uigeat in Chriſtianis bellica fortitudo, 4
T
TAmdiu quælibet natio celebritatem præcipuā tulit artis bellicæ, quamdiu viguit pietatis iuſtitiæq; amor. 8
Tartari qui potentiſsima regna excitarunt, & tenuerunt, à catholicis ſunt ſubacti. 21
Tartari Reges Chriſtiani. 32
Tartaricum regnum quantum perſtitit in magnitudine ſua. 45
Theodoſius deuouit ſe ac vicit Eugenium. 78
quomodo id egerit, & quomodo vicerit. 78
per Crucem vicit Eugenium cæpitq. imperium Romanum. 81
Theodoſius, Orientis imperator cum Eugenio, Chriſti religionem ſubuerſurum ſe iactante bella gerens, vicit. 17
Theutonicorū ordo multis à Cæleſtino Papa priuilegijs decoratus. 3
Turci, & ſi hæreticis fortiores, non tamen nobis. 23
Turci nunc ampliſsime inter alienos à nobis dominantur. 29
Turcorum Claſsis à Pio V. profligata. 23
Turcarum imperium maximè amplificatum. 42
Turcos non modo Catholici vicerunt, ſed etiam eorum vires adeo fregerunt vt nunquā per multū tēpus reſurgere potuerint. 23
V
VAndali ex omni tempore indomiti à Catholicis victi, ac deleti. 19
Venetorum Reſpuplica valentiſsimis bellicarumq. rerum peritiſſimis viris abundat. 50
Victoria parta à Conſtantino aduerſus Maxentium. 10
Vltionum remiſſione, ad militū robur confirmandum nihil valentius 71.& ſeq.
Vlciſci iniurias eſt animi exigui. 70.& ſeq.
Vrbem quater direptam annorum ſpacio centum, Lucanus deplorat cuncta ſquallentia Romæ, & in Italia. 6
Vrbem dilaniarunt, barbari Imperatores defuncto Nerua quaſi per annos ducentos. 7
Vrbs à Saracenis dominata. 41
Vota, quæ Chriſtiani milites amplectebantur in religionibus vt bellicis rebus ſtudioſius operam darent. 3
Vtilitas Hieroſolymitanorum ac S. Stefani militum in Italia. 4

FINIS.

# ERRATA.

in fine prohemij προτετῆ προπετῆ.
1 d hon. hoc.
6 a ὀκρυροέντο. ϛὀκρυοεντος.
36 d Bezoſo. Beroſo.
36 d lia. lib.
(mis.
49 d eſſaminatiſsimis. effœminatiſsi-
51 d vninerſumq;. vniuerſum.
53 b armurij q;. Armuzijq;.
60 a retorquetur. retorquentur.
71 d ne. næ.
72 a lib.5. 2. dele hoc 2.
77 c exemplar. exempla.
c peccari. precari.

---

* ** A B C D E F G H I K L M N O.

Omnia ſunt folia integra, præter * O quod eſt integrum cum dimidio.